contraria gratie dei, p quam gratiam constantinus ab vtraq; lepra curatus est. Et naaman syrus. iiij. re. v. Et hoc est qđ dicitur. Leprosi mundant. ¶ Quarto peccator efficitur surdus ab audiendo infecta verba vite. ps. cxiij. Aures habent et nō audiunt. Peccator efficit surdus propter strepitū mundanorum, q; tota die in dominijs mundi et inter rotas fortune morant. Sic molendinarius surdus efficit in molendina, propter strepitū mole. Propterea dī bieremie. xxij. peccatori. Terra, terra, terra audi. verbum dñi. Ter dī terra. q; peccator terrena cogitat. terrena loquit. terrena opant. Peccator sicut dī. ps. facit sicut aspis qui vt non audiat vocem incantantis et sic capiatur, obturat aures suas vnam immittendo in eam caudam et aliam figendo ad terram. Sic peccator ne audiat verbū dei et ne capiatur ab eo, obturat vnam aurem cauda, i. longam vitā sibi promittendo et de morte nō cogitando. Luce. xij. Gaude anima mea. ha. mul. bo. tepo. nē. Alia obturat terra. s. circa terrena se totaliter occupando et in eis bonū suum constituendo. ps. cxliij. Beatū dixerunt populū cui hec sūt. Hanc surditatē dominus expellit dum p gratiam suam tangit aures cordis et facit hominem omnia mundana contemnere et ad vite intentū esse. Sic tetigit apostolos q statim ad vnicum verbum xpi relictis omnibus secuti sunt eum. vt patet. Matb. iiij. Et hoc ē qđ dicit. Surdi audiūt. sup. verbū dei cum effectu ¶ Quinto peccator in anima morte culpe morit. q; cum vita anime qua per gratiam viuit deo in dilectione dei consistit. iuxta illud hugonis de sanc. victore. scio aia mea. q; amor ē vita tua. et per peccatū mortale odium dei incurrit. liquet qđ per peccatū anima morit cū dei dilectionē amittit. Hec est pessima mors de qua sup omnia dolendū est. et ad quaz vitandam omnia mala sunt toleranda, et ad quam expellendā omnia sunt expendenda ps. xxxiij. Mors peccatorum pessima. aug. Vera mors est quā homines non timent scz separatio anime a deo. Morit homo i corpore et omnes amici cōueniunt et plorant et curant honorifice sepelire eum, moritur i anima et nullus curat, et nulli dolet et nullus plorat. Hanc mortem dñs expellit dū amorem suum qui est vita anime ipsi anime infundit. p quam sapiunt et spiritualia et terrena dissipiunt. et per quē deus in eo manet et ipse in deo, qui est beata vita animarū. vt di. i. aug. i. Jo. iiij. Deus caritas est et qui manet in caritate i deo manet nē. Et hoc est qđ dicit mortui resurgūt. Secto peccator efficitur pauper. q; cum omnia bona sint filiorum dei. iuxta illud. i. cor. iij. omnia vestra sunt siue mundus, siue mors, siue vita siue presentia, siue futura. et peccator de filio dei transit ad dyaboli seruitutem. manifestū est qđ omnia bona pdit. matthei. xxv. Ei aūt qui non hz scz gratiaz filiorum. et qđ habet auferetur ab eo. Et si peccator bona fortune videtur habere. certe iniuste et rite possidet. sed sicut credo in malum suū. q; vt dicit aug. Peccator nō est dignus pane quo vescitur. Nulla creatura est ita pauper sicut peccator, qui tamē diuitem se dicit qđ mors oprimet, probat, quia in morte diuicias et delicias et honores totaliter perdit. Apoc. iij. Dicis q; diues sum et locupletatus sum et nullius egeo. et nescis quia miser es et miserabilis pauper et cecus et nudus. Justus aūt in morte veras diuicias et delicias et honores inuenit. Propter quod. vi. scriptura. Eccī. xli. O mors bonum est iudiciū tuum. Hāc pauperratem tollit dñs dum virtutes aie infundit que vere diuicie sunt q auferri non possunt. et durant perpetuo. Et hoc est qđ dicitur ibi. Pauper euangelizantur. i. virtutibus sublimant. ¶ Septimo peccator de oībus factis dei scandalizatur et murmurat Naz murmurat de iustitia. dum videt pestilentias venire et bōes eternaliter damnari. ps. xlviij. Nunquid ineternū irascetis nobis? Item murmurat de misericordia qua deus petit peccatoribus. Luce. xv. Murmurabant scribe et pharisei dicētes, q; hic peccatores recipit et manducat cum illis. Item murmurat de prouidētia qua peccatoribus semp prospera eueniunt et iustis aduersa, bierē. xij. Quare via peccatorum prosperatur. bene est oībus q iniquе agunt? Item murmurat de bono tempore et de malo Et breuiter de omnibus murmurat et scandalizatur Unde xps exemplum

posuit de [illegible] iohanne baptista dicens. Non venit iohannes manducare panem neq; bibere vinū: et dicitis demoniū habet. Venit filius hoīs manducare et bibere et dicitis. hic est vorator et potator vini vt dicit Matth. xi. Hic cadit exemplū illius senis qui cum venit cum filio et asino in ciuitatem: et primo ascendit ipse asinū: secundo fecit ascendere filiū. tercio ascendit ipse et filius simul. quarto nullus eorū ascendit: et de omnibus fuit murmuratū. Istud est pessimū peccatum scz murmurare et scandalizari de factis dei. i. Corinth. x. Neq; murmuraueritis sicut quidā murmurauerūt et perierūt de exterminatore. Hoc murmur et scandalum dñs sedat p lumen spūssancti q̄ docet nos credere omnia: iuste, pcedere et recte disponi. i. Joh. ij. Unctio eius scz spūssancti docebit vos de omnibus. Et hic patz terciū. ¶ Quarto ponit iohānis cōmendatio copiosa. cū dicit. Illis aūt abeūtibus cepit iesus dicere ad turbas de iohanne. Quid existis in desertum videre ꝛc. Siquidem totus populus exibat in desertū ad videndū et audiendū iohannē. Sed noluit iesus cōmendare iohannē coram discipulis suis: quia tunc magis confirmasset eos in errore quo eū sibi pferebant: sed illis abeunti bus cōmendauit eum coram turba. Que quidem cōmendatio necessaria fuit ꝛ dignа. Siquidē ex interrogatione iohānis quadrupler error turbe surrexit de iohāne Quidam essi cogitabant q̄ esset mobilis in sua fide cum paulo ante christū asseruit deum. d. Ecce ag. dei qui tol. ꝛc. Joh. xj Modo interrogat. Tu es qui ven. es an alium expectamus? Et ideo xp̄s hoc remouens asserit iohānem nō esse mobilem vt arundinē sed firmū in fide sua. Quidam assimilabant eum histrionibus qui in facie laudāt hoīes vt accipiāt de rebus dñorū ꝛ p̄sequens non existimabant eum esse sancte vite. Hoc xp̄s remouens di, eū nō esse mollibus vestitum vt histriones qui i aula regum morantur ꝛ eis adulant dicti adulatores ab aula. Unde iob. talia nō q̄rebat. s. mollibus vestiri. ꝛ in aula regum ꝛ dñorū morari ꝛ delitijs affluri: imo induebatur tunica de pilis camelorū facta: ꝛ zona pellicea ad lumbos eius: ꝛ in deserto habitabat: ꝛ in spelunca iacebat: ꝛ cibus eius fuit locusta ꝛ mel siluestre: vt p̄z Matth. iij. Et asperā ꝛ sctām vitam ducebat. Et nota hic q̄ vestis iohānis ꝛ oīm iustorum est vestis iusticie q̄ figurata est p̄ tunicam xp̄i quā deus suis maīb⁹ texit: vt phīa dixit hoe. q̄ facit hoiem dignum nuptijs eterni regis quā ille paup nō hīs & nupcijs ē expulsus vt p̄z. Mat. xxij Ista vestis est valde rigida: ꝛ nō est mollis. q̄ arta est via q̄ ducit ad vitā. Matth. vij. Vestis aūt pcōrum ē molli: q̄ bonis mūdi ē delectabilis. Ista vestis mollis est pellicea vt puta de corijs pauperū facta: q̄ cibus diuitū vita paupm ē. Exēplū de vsurarijs ꝛ pdonibus q̄ excoriant pauperes. Ista est vestis illa quā rex amō pcidi fecit nūcijs q̄ venerūt eū visitare. Rex amō. i. dyabolus peccatoribꝫ q̄ vadūt ad euz visitare ad infernū p̄cidit vestes scz in morte q̄ tūc oīa bona auferūtur ab eis. ꝛ tūc sūt viri cōfusi fortit valde. q̄ tūc appet ignominia eorū nam q̄ supra oīa q̄sierūt hōres suppeditant a canibꝫ q̄ supra oīa q̄sierūt diuitias expoliantur ab omnibꝫ. Cū ista veste pellicea electi sūt primi pentes de paradiso postq̄ vestem innocentie pdiderūt Istā vestem mollem nō habuit iohannes baptista. sed peccatores qui morant i domibus dñorū mundi vestiti sunt ea. Quidam credebāt eū nō esse ꝓpheta ꝓ eo q̄ futura nesciebat: qđ ad ꝓpheram ptinet. sed de eis interrogabat. Hoc xp̄us remouens dixit iohannē nō esse ꝓphetam solū: sed plus q̄ ꝓpheram. ¶ Ubi nota q̄ vere iohānes fuit plus q̄ ꝓpheta quantum ad sex. Primo quia in vtero in mundo: ꝛ in limbo ꝓphetauit quod nullus alius fecit. Secūdo quia indice xp̄m ostendit quem ceteri alij futurū esse dicebāt. Tercio q̄ fuit ꝓpheta ꝙsolationis: sed alij afflictionis ꝓ eo q̄ dixerūt expecta rexpecta. Spes autē que differtur affligit aiam. vt dr̄. puer. xij. Quarto q̄ nō solum vera p̄dicabat ꝛ p̄dicebat: sed semp agebat sancta. qđ multi alij nō fecerūt. Quinto q̄ alij ꝓphete de ipo iohāne ꝓphetauerūt vt malachias. Ecce mitto angelū meū ꝛc. eius dē. iij. Sexto q̄ oēm ꝓphetisationē termīauit. Matthei. xi.

Usq; ad iohannē lex ⁊ ꝓphete. Quidam credebant iohannem non esse nunciū dei ꝓ eo q̄ secretum de messia futuro nō reuelauit ei. quod ad nunciū ptinet. s. secreta dñi portare. Hoc xp̄s remouet. d. eum esse angelū. i. dē q̄ scriptū erat malach. iij. qui debebat aduentū messie filij dei imediate p̄cedere ⁊ viā ei p̄parare. s. p̄dicando. baptizando: ⁊ hoīes ad pn̄iaz inducendo ⁊ xp̄o testimoniū phibendo. In qua magna iohānis fama declarat. Et sic pz q̄ in cōmendatione iohānis quatuor virtutes cardiales apparēt in eo pfecte fuisse. nā in eo q̄ dissimilis arūdini describit fortitudo insinuat. in eo q̄ nō fuit mollibꝫ indutus: nec in aula regū cōmoratus ei⁹ tpantia manifestat. in eo vero q̄ ꝓphēta asserit eius prudentia cōmendat. sz in eo q̄ angelus appellat eius iusticia declarat. In angelo em̄. i. nūcio hūilitas ⁊ fidelitas designat. que ad iusticiā reducunt. ¶ Morale autē ad edificationē nostrā nota q̄ iohannes nō fuit arūdo: q̄ ꝓditiones arūdinis ꝓueniūt peccatoꝛi ⁊ nō iohanni. Assimilat aūt peccatoꝛ arūdini quantū ad quatuor. Primo q̄ arundo radicat in arena ⁊ terra fluida ⁊ nō in petra. sic peccatoꝛ nō radicat in petra xp̄o. sed in mūdo fluente. i. Jo. ij. Mūdus transit ⁊ cupīa eius. Et iō peccatoꝛ cū mūdo transit. q̄ vt di. Gre. qui labenti innitit necesse est vt cū labente labatur. Johānes aūt in petra xp̄o fuit radicatus. Sic iustus primo ⁊ principlr debet fundari in christo qui est regnū dei ⁊ iusticia eius. Et nota hic q̄ arbor bene radicata ⁊ fundata difficulter eradicat. sic qui radicatus est in xp̄o vl in mundo ab vtroq; difficile mouet. Et ideo attendendū est vbi hō primo mittat radices vtr̄ in xp̄o vel in mūdo. Secūdo q̄ arundo exterius hz pulcritudinē in foliis. ⁊ interius in stipite vacuitatē. sic mūdus ⁊ mūdani exteri⁹ apparēt pulcri ⁊ interius sunt vacui ⁊ deformes. Vacui sunt quia nō hñt virtutes. que sūt vere ⁊ ꝓprie diuitie hoīs nec hñt deum q̄ est omne bonū. ⁊ iō nihil habent. sz sunt omno vacui ⁊ ideo semp̄ desiderāt repleri tāq; nihil hñtes. Sunt etiā deformes quia tria sunt turpiora ō mūdo sc̄z infern⁹ dyabolus ⁊ aīa peccatoris sicut tria sunt pulcriora que repiunt in creaturis sc̄z padisus angel⁹ ⁊ anima iusti. Johānes aūt nō fuit vacuus interius. sed plenus spūsancto Luc. i. Spūsancto replebit adhuc ex vtero matris sue. Item exterius fuit extenuatus ⁊ rigidus. Unde inter oēs sanctos depingitur exterius deformis. Intus autez fuit pulcerrimus. Sic iustus debet esse interius plenus virtutibꝫ ⁊ exterius vacuus esse in rebꝫ mundi. interius pulcer ⁊ exterius abiectus. ⁊ attenuatus. Hic pz exemplum de galla puella simachi ꝓsulis ⁊ patricij filia que cū a pentibꝫ molestaret vt reciper virū alioquin: vt dicebant medici hēret barbā. Non curauit habere barbam ⁊ exterius esse deformis dū interius esset formosa. in dyalogo est. Pōt etiā p arundinē ypocrita designari. qui exterius lucet p apparentē ꝙuersationē. interius aūt est vacuus. q̄ veritatē virtutis nō habet q̄ad modū arūdinis ad ventū detractionis vel adulationis inclinat. Nec est illa arūdo que xp̄m sitientem aceto potauit vt pz Math. xxvij. Sitit xp̄us salutē nr̄am ⁊ bonitatē: sed ypocrita specie bonitatis ei ꝓpinat. sicut acetū similitudinē habet vini et nō vinū non est. Tercio q̄ arūdo est valde debilis ⁊ de facili euellit ⁊ frangit ⁊ ad oēm ventū mouetur: sic peccatoꝛ est valde debilis ad onera penitētie. nec pōt ea sustinere. frangitur etiā in omni aduersitate sibi ꝓpingente ⁊ blasphemat ⁊ ad oēm ventū tēptationis flectitur ⁊ inclinat. Arūdo vere est mūdus q̄ nullā stabilitatē habet. Ecc. xxvij. Stultus sicut luna mutat. id est mūdus: qui semp̄ stultizat ⁊ coronat⁹ rosis vt puer semp̄ vult in croceis iocari. et ideo in eo nullo mō est cōfidendū. Sed iohānes fuit valde fortis: q̄ a flumine persecutionis vinculationis ⁊ decollatōis euelli nō potuit a fide ⁊ operꝫ iusticia. Nec a vento adulationis fuit motus cū iudei miserūt legatos ⁊ nūcios. q̄ volebant eū ꝓ messia siue ꝓ xp̄o recipe. sed dixit. Nō sū. vt patz Jo. i. Sic vir iustus debet esse fortis ad onera pēitentie. ⁊ in omni aduersitate fortune firmus. q̄ō tūc erit cōfirmatus amorē dei habebit qui facit grauia leuia. Quarto q̄ arūdo hz lanuginem ꝓ fructu. sic peccatoꝛ nō refert fructū ex opibꝫ suis. Cap. v.

Spes impij quasi lanugo que a vento tollitur. Ro. i. Quem fructū habuistis tūc in illis in quibus nunc erubescitis. iohannes aūt fructū retulit. quia p triplici causa debetur ei fructus centesimus. s. qz virgo. qz ꝓdicator. z qz martir. Sicut vir iustus debet facere bona opa quoz gl'iosus est fructus: vt pz in libro Sap. iiij. ca.

De epistola sermo sextus.

Sic nos existimet hō vt ministros xpi. i. Corinth. iiij. In tota epla hodierna vnū intendit apls. s. falsum iudicium quo ad ministros xpi subditis ꝓhibere. in quo cū euangelio concordat. In q̄ ostenditur q xps falsaz opinionē de iohāne baptista dei ministro ꝓpter interrogationez quā fecit exortā p multiplicē de iohāne cōmendationē deleuit ostendens ipm verū mīstrū dei. Tria ergo apls circa tale iudiciū in hac epla facit. Primo q viri ecclesiastici qui ab ecclesia in suis officijs cōstituunt ad diuina tractanda debent vt xpi ministri a reliquis reputari. ibi. Sic nos existimet hō vt mi. z dispē. mīs. dei. Secūdo ostendit q tales ministri non debent a suis subditis iudicari. ibi. Hic iam querit inter dispensatores. Tercio ostendit quat tuor cōes que debent tale iudiciū cohibere ibi. Sibi aūt p minimo est vt a vobis iudicer aut ab hūano die ꝛc. Primo ergo vt di. apls q viri ecclesiastici qui ab ecclia in suis officijs instituūt ad diuina tractāda: debent vt xpi ministri a reliquo populo estimari: z hoc ibi. Sic nos exis. hō. ꝛc. s. viros ecclesiasticos existimet homo qui libet vt ministros xpi querentes scz xpi honorē: z ei ꝓficientes. ij. Cor. iiij. Non enim nosmetipsos ꝓdicamus: sed iesum xpm dōm nostrū. nos aūt seruos vestros ꝓpter ihm: z dispensatores misteriorum dei. Nota q dispensator est qui ꝓuidet z disponit q̄b cuicq̄ psone cōgruit. z ꝑm hoc cuicq̄ distribuit. Vel qui disponit misteriorum officia vel quecūq̄ alia bona dōi sui. Talis dispensator erat paulus z tales debēt esse ꝓlati ecclie. Col. i. Cuius factus sum ego paulus minister ꝑm dispositionē dei que facta ē mihi in vobis. i. Pe. iiij. Unusquisq̄ sicut accepit grām in alterutrū illam administrantes sicut boni dispensatores multi formis gratie dei. Quidam aūt ministri ecclesie potius sunt dissipatores q̄ dispensatores q dissipant patrimoniū xpi. Luc. xvi. Homo quidā erat diues qui hēbat villicū z diffamatus est apud illū quasi dissipasset bona illius.

Circa hanc primā ꝑtem epistole ad edificationē nostram tria sunt videnda: qz cū quilibet xpianus sit empticius seruus xpi eius sanguine redēptus z de potestate dyaboli ereptus. debet ei fideliter ministrare z deuotū obsequiū exhibere z omnia bona que habet ad honorē z voluntatem dōi expendere. cum bonoz ipsius sit dispensator z nō dns. Et ideo primo videndū est que requirūtur ad hoc q ministerium z seruicium nostrum sit deo acceptū. quod valde solicite attendere debemus: quia in tali seruicio ꝓcurrūt res z persone z maximuz lucrum z maximū damnū. Si enim debito mō fiat remunerandū est vita eterna Si eīm aliquis multo tempe z multo labore z solicitudine addiscit aliquā artē ex qua tamen modicū lucrum ꝓsequit cum quanta solicitudine deberet addiscere ministerium hoc. circa quod pōt accidere maximū lucrum z maximū damnū. Et ideo nota q septem requirunt ad hoc vt nostrū seruicium sit deo gratū. Primū est intelligentia veritatis que per fidem habetur: vt scz credamus de deo omnia que fides catholica credit. Hiere. xi. Credere eīm oportet accedentem ad dominū quia est: z inquirentibus se remūerator sit. Sicut enim regi terreno non est acceptus minister cecus: sed intelligens. iuxta illud Prouer. xiiij. Acceptus est regi minister intelligēs sic regi celesti nō est acceptus minister infidelis sed fidelis. Hebre. iij. Sine fide impossibile ē placere deo. Quomodo eīm quis poterit placere deo nisi sciat que placita sunt deo. quod per fidem scitur. Et iō iudei z sarraceni z omnes extere nationes q̄ seruiūt deo. eoz seruicia non sunt deo accepta: quia non habent fidem z ideo nesciunt quid faciunt z quidam credētes se obsequi deo peccāt. Joh. xvi. Uenit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur se obse

quium prestare deo. & hec facient vobis: quia non nouerũt patrem neq; me. Aug. Omnis actio infidelium mala. Secundum est conformitas morũ vel moralitatis que per imitationẽ haberur vt conformet se minister moribus dñi. Conformari eñ debemus actibus christi & eũ sequi. Joh. xij. Si quis mihi ministrat me sequatur. Similitudo enim morum dilectionẽ generat. Eccĉ. xiij. Omne animal diligit sibi simile. & omnis homo primum suum. Hũc enim deo acceptum est ministeriũ nostrũ quando ei in actibus conformamur: vt sicut ipse quidez est sanctus impollutus segregatus a peccatoribus ita et nos simus Leuit. xi. & xix. Sancti estote quoniã ego sanctus sum. Qualis est ergo dominus talis nititur esse minister. propter quod dicitur Prouer. xix. Princeps qui libẽter audit verba mendacij: omnes mĩstros habet impios. quia sez nitũtur ei in malo cõformari. Hic cadit exemplũ cuiusdam infirmi. qui videbat sibi esse gallus quem nullus medicorum poterat curare: nisi quidam medicus qui simulauit se similit esse gallum. Et tunc infirmus accessit ad eum omnia que medicus faciebat similiter & ipse faciebat. & medicus assumpsit medicinam similiter & ille per quã liberat⁹ fuit. Nunq; mulier placet viro nisi conformet se actibus suis vel moribus. Et ideo vidue nõ libenter assumunt: quia sunt alioz mo/ribus conformate. Tercium est mũdicia puritatis que per caritatem habetur. ps. c. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Peccatum reddit animã nõ solum imundam sed leprosaz. Unde peccatum per lepram in scriptura designatur. Sicut ergo nullus dñs vult ministrum leprosum sibi ministrare imo abominatur ipsum. sic christus nullum vult sibi ministrare peccato mortali infectum. imo ex ipso ministerio condemnat ipm. vt patet in ministris ecclesie. qui si in peccato mortali in sacramentis ecclesie deo ministrent moraliter peccant. Hic cadit exemplũ illius dñe tudertine de qua Gre. d. in dyalogo q; cum de nocte pollura esset a viro de mane p̃cessit ad dedicationẽ oratorij sancti sebastiani. & tetigit reliquias eius & statim inuasa est a demone. Hanc imundiciam peccatoz caritas depellit: quia ipsa est ignis diuinus qui animã purificat & ꝑsumit rubiginem peccatoz. Prouer. x. Uniuersa delicta operit caritas. Luce. vij. Remittunt ei peccata multa: quoniã dilexit multum. Quartum est actus humilitatis qui per subiectionẽ habetur. ꝓprium enim ministri est humilitas & subiectio. hz enim dñm discalciare & equũ ꝑparare et genu flectere: & in omni obsequio ei assistere. Et ideo ꝓpria naturã & rõnem ministri est superbia. Et hoc multomagis in ministris christi deber obseruari nõ solum hac ratione sed etiam q⁹ dñs eoz hũilimus fuit. Matt. xi. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Valde ergo monstruosuz est & detestabile q; aliquis de ministris sit superbus & ambitiosus: cũ dñs eoz sit hũilis. Et ideo iesus discipulis suis ait. Matthei. xj. Quicũq; inter vos vult ma. fieri. sit mi. vo. Secus est in ministris dyabolis cũ ipse sit superbissimus. & ideo sicut ipse e superbo & ipsi sunt superbi. Job. xli. Ipse est rex sup omnes filios superbie. Sed in ministris xp̃i nullomõ est tolerandũ. ps. c. Non habitabit in medio domus mee q; facit superbiam. Hec hũilitas subiectionez habet: quando sez minister xp̃i vult subesse & nõ esse & omnes alios reputat se superiores. i. Se. v. Non quasi dñantes in clero. Et iterũ. Superiores inuicẽ arbitrantes. Phil. ij. Quintũ est patientie longanimitas que per aduersoz tolerantiaz habetur. Debet enim minister sustinere correctiones dñi in dictis & in factis: & obsequia laboriosa tolerare. vt mercede retributionis nõ careat. ij. Cor. vi. In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros in mul. pa. Job. xiij. Etiaz si occiderit me in ipo spabo. Minister christi debet facere sicut canis qui si expellitur per vnũ ostiuz statim redit per aliud. Non coronat xp̃us aliquem ministrũ suũ: nisi sit ꝓbatus i patientia aduersatioz. sicut rex terrenus nõ dat ciuitatem militi nisi multa aduersa ꝓ eo sustinuerit: vt ꝓbatus sit sustinere. Jac. i. Beatus vir qui suffert temptationem q; niam cum ꝓbatus fuerit accipiet coronã. xc. ij. Thi. ij. Nemo coronabitur nisi qui

le.cer. Sextum est negociatio fidelitatis que per sinceram dilectionē habet Matth. xxiij. Quis putas est fidelis seruus et prudens quem constituit dñs super familiam suam. Qñ enim minister habet sinceram dilectionem ad dñm: tunc enim negocia fideliter agit: alias querit utilitatem propriam et non dñi et tunc valde a dño diligitur et carus habetur. Ecc. xxxiij. Est tibi seruus fidelis sit tibi quasi anima tua. Et nota q̄ merces non tribuitur p̄m multitudinē negociorum: sed p̄m fidelitatē. Matth. xxv. Quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituā. Septimū ē strēnuitas velocitatis que per solertē diligentiam habet. Quando minister christi solicitus ē et velox in ministerio suo acceptus ē illi. sicut minister solicitus et velox acceptus ē regi et dño terreno Prouer. xxij. Vidisti virum velocem in opere suo, coram regibus stabit. Ecōtrario est de pigro quia ministrum negligentem et pigrū dñs libenter expellit et cū magnis iurgijs sustinet eū. Ecc. xxij. De sterore boum lapidatus est piger. i. vilissima obiurgatione. Sic de muliere pigra que per totam septimanā nō purgat domū nisi in die sabbati et dom? eius videt quod dat stabulum. sic sunt multi clerici circa officium diuinū valde negligētes nec attente. nec tempe suo dicentes. Aliqui sūt qui officium diuinū nō dicunt nisi die dominica. et ecclesiam dei tenent sicut aliam domū cō. Hiere. xlviij. Maledictus vir q̄ facit opus suum negligenter. Job. ij. Aufer ista hinc et nolite facere domū patris mei do. ne. Seculares vero dñi aīas suas purgant semel in anno. et magis sunt soliciti de seruicio equor̄ suor̄ q̄z de seruicio dei. ¶ Secundo videndū est in q̄ christo vult sibi ministrari. Et dicendū q̄ in tribus sibi a nobis et ministrari et seruiri pōt. Primo in solerti custodia nostri. Abacuc. ij. Super custodiam meam stabo. Quilibet homo quedam ciuitas dei est. iuxta illud. ps. lxxxvi. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. In qua deus sponsam et filiam suam. id est animā ad ipsius imaginem creatam collocauit ab hostibus custodiendā. qui huic ciuitati diuersa cōtinua mouent plia. Job. vij. Milicia ē vita hominis sup terram. In hoc ergo christo ministrare debemus vt sponsam suam. i. animā nostram et ciuitatem suam ita custodiamus ne ab hoste capiatur: et in captiuitatē inferni ducatur. ij. Thi. ij. Labora sicut bo. mi. christi iesu. Sic militauerat apostolus qui dicebat. ij. Thi. iiij. Bonū certamen certaui, cur consumma. fi. ser. Secūdo in fideli et vtili vsu virtutū et donor̄ nobis collator̄, sicut di. Job. i. ca. Quilibet homo egredit nudus ex vtero matris sue. Et p̄bus di. q̄ anima nascitur sicut tabula rasa. Et a nobis penitus nihil habemus: sed omnia bona nobis a deo donātur. i. Cor. iiij. Quid habes quod nō accepisti? Sic ergo christo ministrare debemus vt virtutibus et gratijs nobis concessis laudabiliter vtamur ad dei honorem et primi vtilitatem. Et iō non debemus abscondere bona dei vel inutiliter tenere, quia iste seruus qui abscōdit pecuniam domini sui condemnatus ē vt patet Luce, xix. Domine ecce mna tua quam habui repositam in sudario. Sic bene vsus fuerat ille bonus seruus qui dic̄ Domine quinq̄ talenta tradidisti mihi. ecce alia quinq̄ superlucratus sum. Matth xxv. ij. De. i. Ministrate in fide vestra virtutez et opera fructuosa. Die ergo illis qui bonis ad dei ipsius vituperium et proximi nocumentū vtuntur. Tercio in subuentione seruor̄ christi opera pietatis eis exhibē do et quantum ad corpus et quantum ad animā. Sex enim sunt opera pietatis ad corpus. et sex quantum ad animaz. In hoc ergo christo ministramus si opera pietatis primis exhibemus. quia hec opera reputat ipse sibi fieri. Matthei. xxv. Esuriui et dedisti mihi manducare ꝛc. Amen dico vobis q̄diu fecistis vni ex mi. ni. ꝛc. ¶ Tercio videndū est quare domino ministrare debemus. Dicendū q̄ propter tria. Primo propter debitum reddēdum ex innume ris beneficijs deo seruire obligamur et maxime ex tribus. Primo quia ad imaginez suam nos creauit pulcerrimas creaturas et sui capaces. ¶ Cogitemus quantū remur medico. qui reddidisset nobis visum vel manus vel pedes ꝛc. Quantum vero tenemur deo qui nobis corpus et animam dedit. Job. ij. Manus tue dñe fece

runt me ⁊ plasmauerunt me. Secundo quia omnia nobis subiecit ⁊ ad nostrū ministerium ⁊ seruitutē ordinauit ⁊ etiā angelos suos. ps. lxxxx. Angelis suis mandauit de te ⁊c. De quo miratur propheta dicens. Quid est homo q̄ memor es eius? Omnia subiecisti sub pedibus eius oues ⁊c. ps. viij. Tercio quia ipse in luto ⁊ late re mortalitatis. per. xxx. annos nobis seruiuit ⁊ pedes nobis lauit: ⁊ vt nos redimeret morti se tradidit. ⁊ ideo totaliter ⁊ ī oībus ⁊ p̄ omne tempus: ⁊ omni genere famulatus ei obligamur. ⁊ si omni die millesies moreremur: nō tamen esset sufficiēs recōpensatio. ps. cxv. Quid retribuam domino pro omnib̄ que retrib. mi. ⁊c. quasi di. nihil dignum. Secūdo tenemur deo ministrare, ppter p̄mium consequendū: vt si terreat labor alliceat merces que infinita est. ¶ Triplex autem p̄mium consequimur si deo seruimus. Primū est quasi deo seruimus. totus mundus seruit nobis. Quia vt d. Aug⁹. qui subest iugo xp̄i oīa subsunt ei. Bern̄. Fideli homini totus mundus diuitiaꝝ est. totus plane q̄z tam p̄spera q̄z aduersa cooperantur ei in bonum. Ro. viij. Diligentib̄ deum omnia cooperantur in bonū. Secundū est: quia deus suos seruitores nobilitat valde. trāsferens eos de genere seruoꝝ in carissimos filios. ps. lxxxi. Ego dixi dij estis ⁊ fi. excel. Huius habemus exemplū in cruce christi que seruiuit deo per breue tēpus in duro seruicio: ⁊ tamē ita exaltata est. Aug⁹. crux de penis latronū transijt ad frontes imperatoꝝ. Quid ergo dīs faciet fidelibus suis si tantum honorē contulit penis suis. Hoc etiam patet in apostolis ⁊ alijs sanctis. Nam beatos se reputant imperatores si possunt osculari ossa eoꝝ. Terciuꝫ est quia deus seruitoribus suis dat totuꝫ regnum suum: quod est omne bonū. Nō sic alexander diuisit regnum suū duodecim pueris suis. i. Jacha. i. sed christus cuilibet dat totum. Luc. xxij. Vos estis q̄ permansistis mecum in temptationibus meis. ⁊ ego disponam vobis sicut disponi. pa. me. reg. ¶ Tercio debem⁹ deo ministrare, ppter tormentū vitandū: quia cū ex multis beneficijs tenemur seruire deo vt dictum est: nisi hoc fecerimus p̄ ingratitudine igni eterno ⁊ tenebris merito cōdemnabimur. Matth. xxv. Inutilem ej̄cite in tenebras exte. Hoc autem tormentum in tribus consistit. Primo ⁊ principaliter in separatione a deo. Secundo in cōiunctione ad tormenta. Matth. xxv. Discedite a me ma. ecce primū. in ignem eternum. ecce secundū. Tercio in deordinatione virtū anime ⁊ corporis ⁊ remorsu conscientie. Esa. lxvi. Vermis eoꝝ non morietur. id est remorsus conscientie. Et sic patet primum. Secūdo dicit apostolus q̄ minister christi in suis ministerijs non debet a suis subditis iudicari: et hoc sic ē. Hic. i. inter vos subditos. iam queritur. id est in tempore p̄senti: cum magis expectandū esset vsq̄ ī futurum donec deus iudicet vt fidelis q̄s q̄z inter dispensatores inueniat. quasi di. ceret. Vos iudicatis ministros ⁊ dispensatores christi q̄ nō sunt fideles. ¶ Consequenter tercio apostolus ponit quatuor rōnes per quas ostendit q̄ tales sic iudicantes sunt redarguendi ⁊ cohibendi. Quaꝝ prima est q̄ ministri eccl̄ie vel p̄lati parū curant talia iudicia. Et ideo nihil p̄sunt Eccl̄esia. xxxij. Ubi auditus non est non affundas sermonem. Et hoc sic est. Nihil autez pro mīmo est. id est parum curo vt vobis iudicer. ⁊ similiter parum curo si iudicer ab humano die, id est ab ītellectu humano sc̄z carnali qui solum carnalia videt non sicut intellectus ⁊ dies sanctorum qui spiritualia videt. Vel ab humano die id est ab homine quando est in suo die. id est in hac p̄senti vita in qua videt tātum exteriora. ⁊ ideo non potest bene iudicare. i. Reg̃. xvi. Homo videt ea que patent. deus autem intuetur cor. Sed cōtra hoc est illud Ecc̄. xli. Curā habe de bono nomine. ij. Cor. viij. Prouidemus bona non solum coram deo: sed etiam coram hominibus. Ad hoc dicendum q̄ laudis fama nobis non est querenda, ppter honorē ꝓprium. ⁊ sic non curat apostolus: sed ppter honorem dei ⁊ p̄rimi edificationem. ⁊ sic loquūtur scripture predicte. Secunda ratio est. Nullus enim potest alium iudicare q̄z ipse seipsum sed melius seipsum iudicare sufficit. ergo multomagis a-

lium. ꝛ hoc est. Sed neq̄ meipsum iudi/
co. id ē iudicare valeo certo ꝛ diffinito iu/
dicio. q̄ tamē melius cognosco meipm q̄
vos. Petr⁹ putabat seipm bñ cognoscere
quando dixit Mat. xxvi. si oportuerit me
tecū mori nō te negabo: ꝛ tamen deceptus
fuit. Sed contra hoc videtur esse quod di
citur infra. si nosmetipos iudicaremus nō
vtiq̄ iudicaremur. Et dicendū q̄ hic loq̄
tur de iudicio examinatiōis. hic autem de
iudicio diffinitionis vel condemnationis.
Et q̄ nō possit seipsum diffinitiue iudica/
re ostendit cum dicit. Nihil mihi ꝓscius
sum. i. nullius grauis delicti ꝓscientiā ha/
beo. sed nō in hoc iustificatus sum in ocu/
lis dei. qui forte aliquod peccatum occulte
habet. ps. xviij. Delicta quis intelligit. p/
uer. ij. Quis potest dicere mundū est cor
meū purus sum a peccato. Ecc. xix. Sunt
iusti atq̄ sapientes ꝛ opera illor⁹ in manu
dei ꝛ tamen nescit hō vtrū amore an odio
dignus sit. Sed contra di. Joh. i. epla ter
cio ca. Carissimi si cor nostrū nō reprehende
rit nos fiduciam habemus ad deum. sed
qui fiduciam habet ad deū iustus est. Et
dicendum q̄ hoc non dicit q̄ si non habet
homo ꝓscientiā peccati grauis q̄ sit ꝓpter
hoc iustus. sz q̄ illis qui sic perfecte viuūt
vt nō agant contra ꝓscientiam deus reue
labit si est peccatum in eis vel in generali
contritione dimittet. Unde de sarracenis
dicit: qui viam veritatis nō audiūt q̄ si vi
uant bene ꝑm legem nature q̄ deus eis vi
am veritatis siue per angelos siue per ho/
mines reuelabit. Quia vt d. dyo. Julia/
nos iam angeli erudierūt. Tercia ratio ta
lis ē. Nullus debet alium iudicare nisi ha
beat sup eum auctoritatem. sed super mini
stros ecclesie nullus habet potestatem vel
auctoritatem nisi deus vel aliquis loco dei
ergo a secularibus iudicari nō debent. Et
hocibi. Qui autez iudicat me dñs est. q.
d. nō debetis me iudicare vtrum sim fide
lis dispensator an nō. quia nō habetis au/
ctoritatem sup me: sed dñs iudicat me: q⁹
habet auctoritatem. qui est maior iudex et
testis ꝛ cognitor ꝓscientie. Hiere. xxix. Ego
sum iudex ꝛ testis di. dñs Jo. ij. Ipse em̄
sciebat quid esset in hoīe. Unde ergo dili/
genter q̄ hic tangitur triplex iudiciū. Pri
mū est hoīs de homine ꝛ de occultis eius
ꝛ hoc est omnino incertū. Secundū est ho
minis de seipso. ꝛ hoc nō est omnino incer
tum. nec est omnino certum. Tercū ē dei
de homine. ꝛ hoc est omnino certū. Quar
ta ratio quasi ꝓcludendo inducitur ꝛ est
talis. Judicium ꝛ omnia cetera requirit
suum tempus determinatū. sed tēpus iu/
dicij non est adhuc. ergo nō licet modo iu
dicare. Et hoc est. Nolite ante iudicij tem
pus iudicare. iudicio diffinitiōis suspicio
so. Ecc̄ viij. omni negocio tps est ꝛ oppo/
tunitas quoadusq̄ veniat tempus dñi:
sz ad iudicandū. Tunc em̄ erit tempus
iudicij. Esa. iij. Dñs ad iudicandū veniet
cum senioribus populi sui. qui illumina/
bit abscondita tenebraꝝ. i. manifesta faci/
et opera tenebrosa. sz peccata in tenebris
facta quantum ad malos. Jo. iij. Omnis
qui male agit odit lucem. Et mānifestabit
consilia cordiū. i. opera bonoꝝ ex discretio
ne ꝛ deliberatiōe facta. Dañ. vij. Judiciū
sedit ꝛ libri aperti sunt. id est corda singu/
lorꝝ. Et tunc laus erit vnicuiq̄ sz bonorū
pro bonis operibus ꝛ intentionibus rectis
Prouer. iij. Date ei de fructu manuum
suarum ꝛ laud. e. in portis opera eius. Et sic
patet secūdum tercium ꝛ quartū.

Dominica quarta de euangelio.

Sermo septimus.

Misserūt iudei
a hierosolimis sacerdotes ꝛ le
uitas ad iohannē vt interroga/
rent eum. tu quis es? Joh. In euangelio
p̄cedentis dñice ostenditur quomō xp̄us
multipliciter iohannem baptistā cōmen/
dauit. In p̄fatis aūt dñice euangelio ostē
ditur quō iohannes magnificauit xp̄m et
se summe humiliauit: ꝛ dicit se esse vocez
ꝛ p̄conem christi. vt nos excitet ad p̄parā
dum vt occurramus saluatori nostro ob/
uiam in p̄primo in mundū venturo ꝑm ec/
clesie rep̄sentationē. in quo ipsius aduen
tus in mentes nostras ꝑm veritatem signi
ficatur. Agitur ergo in hac dñica de aduē
tu christi in mentem: quē per gratiam suā
facit. Et ideo vt ipsum digne in hospicio
animaꝝ recipiamus. iohānes baptista cla
mat tanq̄ christi preco. d. Dirigite viam

dñi. Via dñi est ad cor. & ideo corda ꝑparare oportet. Euangeliū autez ꝓtinet quatuor. Primo iudeoꝝ ad iohannem baptistam solēnem legationem ibi. Miserunt iudei ab hierosolimis sacerdotes & leuitas Secūdo legatoꝝ multiplicem interrogationem ibi, Tu quis es? Tercio iohannis ad singula responsionē. ibi. Et confessus est & non negauit. Quarto loci vbi hec peracta sunt descriptionē. Hec in bethania facta sunt trans iordanem. ¶ Primo ergo ponitur ad iohānē baptistam solennis legatio iudeoꝝ. Magistri em̄ legis iudeorū videbant ex Dan. ꝓphetia tp̄us aduentus messie in ianuis venisse. & ideo erant valde perpleri si de ipsis aliquis magnus surgeret. Unde iosephus dicit, ꝙ quia temp⁹ aduentus messie cōpletuz erat. multi surrexerūt & dixerunt se esse christum, & maxime quidā noīe theodas & iudas galileus: vt dicit origenes. & magnam in populo cōmotionē fecerūt. vt etiā recitat gamaliel. in act. apo. v. ca. Videntes ergo iudei christum & iohannē apud oēs maxime opinionis esse ꝓuenerūt potius in iohannē. volentes eū recipe ꝓ messia. q̄z xp̄m. ¶ Triplex aūt fuit ratio vt d. Crisō. quare iudei magis de iohāne q̄z de xp̄o credebāt. Primo quia erat de magno genere. vtpote filius zacharie magni sacerdotis, & q⁹ miraculose natus est de vtroq; pente sterili & sene. Christus aūt vt credebant erat filius fabri & cuiusdam paupcule mulieris & nō miraculose natus. quia de iuuēcula q̄uis de sene patre. Secūdo quia iohannes in victu & vestitu magis asperam vitā q̄z xp̄s agere videbatur. Nam tunicam de pilis camelo⁹ habebat & zonam pelliceā ad lūbos eius. & cibus eius locuste & mel silue stre. vt patz Matt. iij. ca. Christus autem cōmunibus vestibus induebat. & cōmuni cibo vtebatur. & in cōuiuijs cōmedebat Tercio quia iohānes consortia hominū deuitabat. in deserto morabatur. in antris latitans & spelūcis: donec spūs ei dixit vt exiret ad xp̄o testimoniū phibendum. Et tūc venit in omnem iordanem: p̄dicans baptisimū penitentie. vt patz Lu. iij. Christus autēcū publicanis & peccatoribꝫ māducabat & ibat. Mar. ij. Propter ea ergo iudei ad iohannē legationē miserunt. vt an essz xp̄us interrogarent. Que quidem legatio ex tribus solennis apparet. sz ex pte mittēntium. quia iudei qui tunc erant acceptabilis populus dei. Et ex pte missoꝝ quia sacerdotes & leuite phariseoꝝ qui erāt in sciencia & vita excellentioꝛes in populo. Et ex pte loci. quia hierusalem que est totius regni caput & dña. Et sic patz primū. Deinde ponit interrogatio legatoꝝ. Ad hoc ergo venerūt vt interrogarēt eum dicētes. quis es? Interrogauerūt aūt eum de duobus sz de ꝑsona ibi. Tu quis es? Et de officio ibi. Quid ergo baptizas. De ꝑsona aūt p̄mo interrogant in ꝑticulari. s. an sit xp̄s an helyas, vel ꝓphēta: sz heliseus. Secundo in generali quis sit vt possint mittentibus respōdere ibi. Quis es tu. vt respōsum demus. & sic patet secundū. ¶ Tercio ponit iohannis ad singula quesitoꝝ responsio. Nam primo respondet ad questionē de ꝑsona. Secūdo ad questionē de officio. ibi. Ego baptizo in aqua. Itē p̄mo rñdet ad qōnē factā i ꝑticulari. Secūdo ad qōnē factā vniuersaliter ibi. Ego vox clamātis in deserto. Et sic pz ꝙ ad singula q̄sita rñdit. & hoc ē. Et ꝓfessus est & nō negauit Cōfessus est se nō esse q̄d nō erat sz xp̄m. helyam. vel ꝓphetam heliseū. & nō negauit se esse quod erat, sz vocē clamantis in deserto. Et hoc ē quod sequit̄. Et confessus est. q⁹ nō sum ego xp̄s. Ubi apparet ꝙ nō fuit arūdo que a vento mouet. quia a vento vane glorie qui magnos cedros euellit & euellere nō desistit penitus nō est motus. Nonne primi pentes ꝑfectissimi ab illo euulsi sunt dū esse desiderantes bonū & malum sciente. Nam apli extremi viri ab illo ꝓcussi sunt cum facta est contentio inter eos quis eoꝝ videret maior esse. Lu. xxij. Sed nō iohānes baptista ab illo aliqualiter est cōmotus. Nam isti legati offerebant ei magnā dignitatē dū ꝑ xp̄o recipere volebant. magnam sanctitatis & status opinionē dū p⁹ helya eum recipe dicebant & magnam scientiam & diuinorum reuelationem dum ipsum ꝓphetam singulariter reputabant. Propter primū cecidit lucifer volens vt deus esse. propter secundū cōmoti sunt apostoli volētes ma

gnum statum habere. propter tercium pri
mi parentes euulsi sunt diuina vt dē? sci
te cupientes. O iohannis baptiste humi
litas admirabilis. Quis hominū si eligē
retur in ꝓphetā eligi recusaret. Quis nol
let sanctus ⁊ sapiens reputari. Gre. Ma
gnum est honorē non appetere. maius aūt
oblatum respuere. maximū autem de ha
bito nō supbire. Aug. Magna virtus est
homines dignitates nō appetere. sed obla
tas respuere maxīa virtus est. Et ideo di
cit so. ꝙ iohānes in nullo opere tm vnq̄
meruit sicut in hac humilitate tam ꝓfun
da. Sicut ergo beata virgo in sua humili
tate merito fuit sup oēs exaltata. Lu. i. Re
spexit humilitatem ancille sue. sic iohānes
in sua humilitate a xpo ꝑ omnib cōmen
datur. ait ergo. Non sum ego xp̄us. i. non
sum vnctus vt gigas humane nature ad
ꝓliandū cū draconе antiq̄. xp̄s ei idē ē qđ
vncr̄. Ite nōsū vnctus vt rex ad hūanā
naturā de potēri manu dyaboli eripiendū
⁊ liberandū. Item non sum vnctus vt sa
cerdos magnus ꝙ tota hūana natura ex
piationis sacrificiū ad deo īmolandum.
Hec enim tria hominū genera inungi de
bebant. ⁊ hec tria christus quem iudei ex
pectabant ⁊ querebant facere habebat. sc̄z
bellum humane nature cum dyabolo pre
liari. ipsam de manu dyaboli eripere. ⁊ ꝑ
toto populo hostiaz placationis deo offer
re. Et ideo quia ad hec tria inungendus e
rat. debebat pre omnibus ꝓcipibus suis
esse vnctus. Sed ego inquit iohānes nō
sum ille. Et ideo adiungūt. Helyas es tu
Qui ait. Nec etiam sum helias qui debet
exire de paradiso ⁊ p̄cedere iudicem in ad
uentu secundo. Iste em̄ primus aduentus
est: qui in mirabili dulcedīe ⁊ copiosa mi
sericordia. Sed ille erit in formidabili iu
dicio ⁊ seuero. Unde in hoc primo aduē
tu christus nos iudicare nō venit sed a pec
catis omnib saluare. Johannis. iij. Non
misit deus filium suum vt iudicet mun
dum. sed vt saluetur mundus per ipsum.
Quāuis quantū ad operationē ⁊ virtutē
iohannes possit dici helias. vt ipsa veritas
dicit in Mat. xi. c. Si vultis recipe ipse ē
helyas. Qđ etiaz angelus testatus est. di.
Lu. i. Ipse p̄cedet ante illum in spū ⁊ vir
tute helye. Non est ergo iohānes helias i
psona: sed in spiritu. Et ideo subiungūt.
Prophēta es tu? qui ait. Nec etiam sum
ille ꝓphēta magn? de quo moyses Deu.
xviij. dixit. Prophētam de gente tua ⁊ de
fratribus tuis suscitabit tibi dominus deꝰ
tuus. ipsum tanq̄ me audietis. Dictum
enim ꝓphētam videbantur iudei petere.
Uel non sum ꝓphēta sc̄z helyseus qui per
excellentiam dictus est ꝓphēta. quia ha
buit spiritum in duplo q̄ helyas. sc̄z spiri
tum ꝓphetizandi ⁊ faciendi miracula. Sc̄z
iohannes nullum signum fecit. vt patet
Joh. i. Uel ad literam non fuit ꝓphēta io
hannes: vt dicit glo. quia ad ꝓphētam per
tinet futura p̄dicere. sed iohannes non p̄
dicebat futura sed ostendebat p̄sentia.
Postq̄ ergo iohānes ꝓfessus ē se nō esse
quod nō erat. respondit ad questionem fa
ctam vniuersaliter quis esset ⁊ ꝓfitetur se
esse qđ erat. quia postq̄ missi quesierunt
quis esset vt rñsum darēt his qui eos mi
serūt dixit. Ego vox clamātis i deserto. di
rigite viam dñi. Humilis ⁊ vera ꝓfessio q̄
vere iohānes fuit vox ꝙ incarnati in ipo
clamātis in deserto iudee. i. facientis ip̄m
clamare. Triplex est ei habitudo vocis ad
verbū quā iohānes veraciꝫ habuit ad xp̄m
Prima q̄ vox naturaliter p̄cedit verbum
Deinde em̄ vox audiꝫ q̄ verbū mente vel
ꝓceptus ꝓcipiaꝫ. sic ⁊ io. p̄cessit xp̄m nasc̄ē
do p̄dicando. moriēdo. ⁊ ad inferos descē
dendo. Lu. i. Preibis em̄ ante faciē dñi pa
re vias ei? Secūdo q̄ vox baulat verbū
ad aures auditoꝝ quasi quoddā vehiculū
⁊ q̄si interpretor manifestat ip̄m. Sicꝫ iohs
manifestauit xp̄m iudeis ⁊ testimoniū de ipo
reddidit auribꝫ ipoꝝ nō solūmō absentē te
stificādo. sc̄z ⁊ p̄nt̄ demōstrādo. Jo. i. Sc̄z
vt manifestet in isr̄l ꝓpterea ego ven̄ in aq̄
baptizās. Tercia ē q̄ vox trāsit in nihilu
ꝙ in mēte audiēnū remanēte. Sic
postq̄ suscitauit iudeoꝝ auditū ad xp̄m su
scipiēdū desiit p̄dicare ⁊ baptisare remanē
te baptismo ⁊ p̄dicatiōe xp̄i. Joh. iij. Oe
oꝑt minui. illū aūt crescere. Et iō meri
to ꝓpaꝫ lucerne. q̄ desinit lucere apparente
sole. Joh. v. Ille erat lucerna ardēs ⁊ lu
cens. Uere ergo iohannes fuit vox verbi
dei. q̄ tota fuit clara totaliter vocans ad pe

nitentiã. Nihil em̃ fuit iohanne quod nõ vocaret ad penitentiam. Nam ꝛ ortus et vita tota, s. vestimentũ: habitaculũ: cibus potus: actus: eras: atq; mores: omnia ad penitentiam vocabant. Talis debet esse p̃dicator veritatis vt totus vocet verbo ꝛ exẽplo ꝛ in tota vita sua. i. Tbi, iij. Esto exẽplum fidelium in verbo in conuersatione: in caritate: in fide: in castitate. ¶ Postq̃ autem iohannes respondit ad questionẽ factam de persona respondit ad questionẽ factam de officio ꝛ ministerio suo. Nam nunciis interrogãtibus cur baptizaret, respondit valde humiliter. d. Ego baptiso in aqua. i. lauo solum exterius tanq̃ minister eius qui debet vos mundare interius quod est ministerium valde humile. ꝛ ideo nihil magni facio. Interrogant autẽ d̃ baptismo ꝛ cur baptisat: q̃ scriptũ erat in Esaya. Ipse absterget gentes multas. Hoc debebat esse in aduentu messie. Sequitur Medius autem vestrum stetit qui lauat ab omnibus peccatis interius mundans. Joh. i. Super quẽ videris spm̃ descendentẽ ꝛ manentẽ sup eum sicut colũba hic est qui baptisat in spũsancto. id ẽ interius mundat: quẽ vos peccatoꝛ tenebras ꝛ ex inuidia excecati nõ cognoscitis q̃ solũ a mundis corde videtur. Mat. v. Beati mundo corde quoniã ipsi deum videbunt. id est cognoscent. Tbi nota q̃ christus dicit medius noster dupliciter. Primo quia pacificat nos deo ꝛ angelis ꝛ ad inuicem. Colł. i. Pacificans p̃ sanguinẽ crucis eius: siue que in celis sunt siue que in terris sunt. Et ideo ipse est pax nostra qui fecit vtraq; vnũ Ephe. ij. Hoc em̃ ad mediatorem p̃tinet, ꝛ ideo iure mediator hominũ noiatur. i. Tbi. ij. Mediator dei ꝛ hominũ homo christus iesus. Secundo quia deus erat ita iratus ꝓtra hoiem q̃ homiñ interficiebat ꝛ ad infernũ p̃cipiebat. Sed christus sicut pius mediator p̃iecit se sup̃ hominem: sicut mater sup̃ filium se p̃icit ꝛ fuit medius inter deum ꝛ hominẽ ꝛ recepit vulnera in corpore suo. Esa. liij. Vulneratus est p̃pter iniq̃tates nostras. Propterea deus pater placatus est homi. Iste medius noster venit post iohannem nascendo. p̃dicando ꝛ baptisando. qui tamen ante iohannẽ factus est. i. omni gratia ꝛ virtute ꝛ omni perfectione anime p̃fectus, vnde glo. di. Ante me factus est. i. in dignitate p̃latus. Non enim aliter pot intelligi christus ante iohannẽ factus nisi s̃m humanã naturam in qua fuit perfectus ante iohannẽ s̃m diuinã naturã non est factus sed eternus. Tbi nota q̃ tunc homo dicitur perfectus quando est cõiunctus deo per gratiam. ꝛ habet scientiam et virtutem ꝛ vsum liberi arbitrij. Defectu autem istoꝝ facit hominẽ quasi nõ differre a bestijs. sed omnia ista christus ante iohannẽ habuit. imo hec oĩa iohãnes a ꝛpo habuit. Nam quando beata virgo habuit ꝛpm̃ in vtero ꝛ salutauit elisabeth, tunc beatus iohãnes fuit mũdatus a peccato. et gratia ꝛ virtute repletus ꝛ scientia illuminatus ꝛ vsum liberi arbitrij recepit: vt dicit Crisos, p̃pter q̃ exultauit in gaudio in vtero exist̃ens. vt patz Luc. i. Christus aũt fuit ab instanti conceptionis perfectus ꝛ per ꝙsequens fuit factus. id est perfectus ante iohannẽ. Et hoc ẽ quod dicit̃ p̃ Esa. lxvi. Anteq̃ pturiret peperit. i. p̃fectum virum in vtero habuit. Et iterũ Hiere. xxxi. Femina circũdabit virum. i. perfectum hominem. Et p̃pter hanc perfectionem iohannes se indignum dicebat discalciare ꝛ corrigiam calciamenti eius soluere. Hoc autem verbum tripliciter potest exponi. Primo litteraliter. secundo spũaliter. Nam p̃ calciamentũ intelligitur christi hũanitas quia diuinitas: vt dicit Ere. mortalitatis nostre morticinio calciata venit ad nos super lutum humane miserie. Corrigia vero istius calciamenti fuit amor: quia p̃pter nimiam caritatem qua dilexit nos deus misit filium suum in similitudinẽ carnis peccati. vt dicit aplus Ro. viij. Tanculum ergo tanti amoris p̃pter quod ꝛ in quo diuinitas coniuncta est humanitati. ꝛ deꝰ factus est hõ. iobes nõ poterat nec dignus erat exoluere ꝛ manifestare. q̃ tantus amor fuit q̃ excessit omnem intellectũ humanũ nec verbis explicari posset. Qua si diceret iohannes, Misterium incarnationis eius nescio nec exp̃mere valeo vt dicit Grego. Tercio figuraliter. vt hoc dictum Johannis alludat illi figure veteris

testamenti. de propinquo discalciando. q̄ nolebat relictam fratris sui propinqui in sui recipere vxorem. vt patet deutero. xxv. Dic hist̄oriam. quasi diceret. iohannes. Vos queritis aliquem magnum qui humanam naturam sibi assumat in sponsaz que soli christo debetur. & si christus non vult eam sibi assumere. ego eius propinquus non sum dignus discalciare eum et assumere mihi humanam naturā in sponsam. quia eam ꝺ manu dyaboli eripere nō possem: vt dicit Grego. Et sic patz terciū ¶ Quarto ponitur locus vbi hec sunt perpetrata. quia in bethania trans iordanem nō in bethania que est prope hierusalem.

¶ Sexta modificatio

Moralizatio circa terciam membrū.

VEgo vox clamantis in deserto. Moraliter autem ad edificationem nostram circa hanc responsionem iohannis quattuor videamus. Primo cuius vox clamantis iohannes fuit. secundo quare clamātis. tercio vbi clamantis. quarto quid clamātis. Primo ergo videndū cuius vox clamantis iohannes fuit. Et dicendum q̄ duorū clamantiū iohannes vox fuit. Primo fuit vox verbi dei in deserto mundi clamantis qui ad hoc factus est homo vt in nos & ad nos clamare posset. ¶ Septem autē modis manens nobiscum clamauit ad nos. Et primo clamauit vt mundo & mundanis renūciemus: quia totus mundus in maligno positus est. & quia mundus transit & concupiscentia eius. vt dicit. i. Joh. ij. Luc. xiiij. Nisi quis renū. oī. que pos. nō potest meus esse discipulus. Secūdo clamauit vt vitam carnalem abnegemus et corpora nostra in cruce penitentie configamus: quia caro ꝯcupiscit spiritū & eum nitit suffocare: vt dicit apls Gal. v. & Matthei. xvi. Si quis vult post me venire abneget semetipsum. i. renūciet vite carnali & desideria eius necet. & tollat crucem suā & sequatur me: q̄ qui amat animā suam. id est vitam ālem perdet eam. vt ipse infra mat. ait. Tercio clamauit vt in celo & non in mundo qui est saccus pertusus. thesaurizemus. quia in celo omnia cōseruant: & in mundo omnia ꝑsumuntur & diripiuntur Matthei. vi. Thesaurizate vobis thesauros in celo vbi nec erugo: nec tinea demolit. & vbi fur non effo. nec̄ fu. Quarto clamauit vt proximū tanq̄ nos intime diligamus. & misericordie operibus intendam? quia qui diligit ꝓximū legem implevit & dilectio ꝓximi malum nō opatur: vt dicit Ro. xiij. Hoc est p̄ceptum meū vt diligatis invicem. Luce. vi. Esto misericors &c. Quinto clamauit vt ꝑ nostris necessarijs & in nostris p̄ssuris ad deū & nō ad vana ecurramus. quia omnis qui petit accipit & qui querit inue. Luc. xi. Matth. xi. Venite ad me omnes qui la. & on. est. & ego refici. vos. Joh. vij. In nouissimo autez die magno festi stabat iesus & clamabat. Si quis si. ve. ad me. & bi. Sexto clamauit vt in ꝓlio spiritus fortiter dimicemus: quia mundus caro & demonia mouent contra nos prelia. Luc. xxij. Symon ecce sathanas expetiuit vos. scz ad temptandū & dimicandū. Et ideo ecclesia cantat. Estote fortes in bello & pugnate cum antiquo serpente. quia si pugnauerimus coronabimur. alias tanq̄ captiui in carcerē dyaboli detrudemur in perpetuū cruciandi. ij. Thi. ij. Nemo coronabitur nisi qui legi. certa. Septimo clamauit vt nos ad trāsmigrādum omni tempe parati simus: quia mors fortissime approximat. Et nil certi? more. & nil incertius hora mortis. vt di. bern̄. Matth. xxiiij. Et vos estote parati q̄ qua hora nō pu. fi. hominis ve. ¶ Secundo fuit iohānes vox totius humane nature ꝑ ipsum & in ipso clamantis & miam postulantis. ¶ Clamauit aūt hūana natura per iohannē ꝓpter septem mala que tunc fortissime patiebat ꝓpe interitum cōstituta. Et ad hec mala rep̄sentandum ecclesia añ natalem christi septem o cantat p̄dicta septē mala rep̄sentantia Primū malum quod hūana natura patiebat erat malum ignorantie: quia erat totaliter ignorans. Non enim habebat sapiam que est de diuinis: q̄ & si vnitatē dei cognosceret: tamen trinitatem ꝑsonaz penitus ignorabat. Act. xix. Sed nec̄ si spūssanctus est audiuim? Item nō habebat scientiam que est de creaturis: quia venerabat eas vt deos. Bap xij. Aut girū stellaz aut numiā aquā: aut solez: aut lunā rectores orbis terraz deos

Quin/to ꝓsumptionis audaci reprimit ⁊ desperā/tōis subleuat electio in pabole adaptatō/ne. q? sic erūt primi nouissimi. i. iudei: qui primo ad banc vineam sunt vocati erunt nouissimi in laboratione ⁊ p; ꝓsequens in remūeratione. q? vltimo ꝙuerrent. ⁊ no/uissimi sz gentiles qui nouissima hora in banc vineā intrauerūt erūt primi i regno Non tñ oēs qui ad banc vineam vocant nec; oēs q̄ in ea laborāt recipiant denariū regni q? multi sunt vocati ad fidem ⁊ pe/nitentiam. pauci vero electi ad regnū. Sūl/ti sunt electores epor ⁊ alior dñor. ⁊ pau/ci sunt epi ⁊ ptātes respectu alior. Sic de/bet intelligi hoc exemplū de filijs israel q̄ p moysen sunt vocati ad intrandū terram ptmissionis ⁊ fuerunt vltra sexcenta milia ⁊ non intrauerūt nisi duo sz caleph ⁊ ioh/sue. ex quo magnus timor debet incutiēno bis. ⁊ debemus niti de illis paucis electis esse. hoc autē q̄d di. Erūt primi nouissimi ⁊ nouissimi primi tripl'r ꝓ itelligi. Pri/mo vt nouissimi in oculis suis sint primi ⁊ maxīmi in oculis dei. Et hoc verū est. q; humilitas est que exaltat. i. Re. xv. Non ne cum ꝑuulus esses in oculis tuis. caput in tribub; israel factus es Luc. xiij. Omis qui se exaltat humiliabit. ⁊ qui se humili/at exaltabit. Et ecōuerso qui sunt primi et maxīmi in oculis suis sint minimi. ⁊ nouis/simi in oculis dei. Quia qui se exaltat hū/liabitur vt ibidem di. lucas. Secundo vt nouissimi in iudicio hoīm sint primi in iu/dicio dei. Quia hoīes videt que foris pa/tent. deus autem intuetur cor. i. Reg. xvi. Et ideo frequenter aliter iudicat deus q̄; homines qui intima aspicit. Et ideo ecō/uerso primi in iudicio hoīz sint nouissimi

in iudicio dei. Tercio vt dictū est. scz qui primo venerūt vltimo remunerent. z qui vltimo venerūt primo. Cuius ratio potest esse duplex. Prima que dicta ē. scz q illi q̄ tercius veniūt feruentius operantur. Secunda est sola gratia z voluntas dei. q̄ tangitur in littera cū dicit. An oculus tuus nequa est: quia ego bonus sum. nō licz mihi quod volo facere. Quia vt di. aplūs Ro. vi. Gratia dei vita eterna. Cū ergo gra nō supponat meritū. alis gra non esset gratia. vt di. aplūs ibidez. z vita eterna det gratis ergo nouissimi possunt esse primi. z primi nouissimi. Quia vt d. aplūs ibidē. Non ē volentis neq̄ currentis sed dei miserētis. Et sic patet quintum.

De epistola Sermo. xxvij.

Nescitis q̄ hi qui in stadio currūt omes qui dē currūt. sz vnus accipit bra/ uiū. i. Cor. ix. Consuetudo est aliquaz ter raz q̄ tpe isto currere faciūt brauiū et iali q̄b terris agonistē frequentāt agones ar mati scutis galeis z baculis ligneis z agoni sant i plateis z vijs. Ecclia ār ista sacro tpe septuagesime incipit per lamenta pnie ad brauiū eterne felicitatis velocius currere z in agone spūs fortius dimicare. Et ideo hoc tpe facit legi quandam epla pauli i qua beatus paulus sub similitudine cur/ rentiū brauiū z agonisantiū i plateis nos hortat vt ad brauiū supne vocationis cuz firma spe pcipiendi curramus. z in agone spūs cogrue dimicemus nō q̄ licitum sit pdicta etiam conspicere nedū facere. sz si/ cut xps prudentiam villici iniquitatis al legauit. sic aplūs prudentem actum illoz allegat: vt in eo q̄ prudenter faciūt facta sua eos sequamur prudenter facta spūs faciendo. Matth. x. Esto pru. sicut ser. In qua quidē epla aplūs quatuor facit. Pri mo ēm sub similitudine currentiū in sta/ dio nos hortatur vt sic curramus q̄ brauiū regni celestis cōprehendere valeam? in principio epistole. Secūdo sub simili/ tudine agonistaz nos hortatur vt legitīe certemus. quatenus coronā glorie pcipa mus ibi. Omis qui in agone cōtendit ab omnib se abstinet. Tercio in pdictis duo bus se adducit in exemplū vt ipm inspice re valeamus. ibi. Ego sic curro non quasi ac̄. Quarto multa beneficia antiquis pa/ tribz pstita reducit ad memoriā nostra be/ neficia figurantia. ppter q̄ fiducialiter cur rere z secure possum? dimicare in. x. ca. ibi Nolo autē vos ignorare fratres q̄ patres nostri omnes sub nube fuerūt. Primo er go sub similitudīe currentiū in stadio hor tat nos vt sic curramus q̄ brauiū regni ce lestis accipere valeamus. Et hoc est. Ne/ scitis q̄ hi qui in stadio currūt. i. octaua p te miliarij. Stadium enim est octaua pas miliarij. Miliariū autem constat ex pas/ sibus mille. Passus aūt ptinet quinqz pe/ des. Et sic stadium cōtinet passus centum xxv. z dicit stadiū fuisse institutū ab hercu le. vt tm̄ curreret sub spe adipiscendi pre/ miū aliquod in fine cursus. z daret ei qui citius pueniret. Ipse aūt hercules vno an helitu tm̄ spacium ptransibat. Et dicit sta dium a stando q̄ tūc hercules stabat. In tali ergo stadio oms qui pueniūt vt accipi ant pmiū in fine cursus reddendū oēs cur runt ad finem stadij. sed vnus qui meliuſ omnib currit z vsqz ad finem ptingit ac/ cipit brauiū. i. pmiū cursus q̄cūqz sit il/ lud. nō est vbiqz equale spacium quod sta tuit ad currendū. Posita similitudine ad aptat. d. Sic ergo vos currite vt cōprehē datis pmiū. s. cursus vestri: q̄d est venari? regni celestis. qui vt in hodierno euāgelio habet dat omnib qui in vinea penitentie pseuerant. vnde nō est sicut brauiū q̄d so/ lum vni tribuit sed omnib qui vsqz ad fi nem currūt plenissime elargit. In hoc er/ go est silitudo: vt si volumus brauiū eter/ nū recipe vsqz ad finē cursus curram?. q̄ solum sic currenti attribuit. Circa hoc pri mū mēbz tria ad edificationē nostram vi deamus. s. qui sunt equi ad hoc brauiū cur rentes que sunt necessaria ad bene curren/ dū z q̄ nos mouere debent ad currendum ¶ Primo videam? qui sunt equi ad hoc brauiū currentes. oms ēm currūt q̄ omes in fide sua credūt saluari: sed vnus tantuz pplus. scz xpianus accipit brauiū. ¶ Et di cendū q̄ sunt sex equi ad hoc brauiū currē tes sex pplos significantes: z omes frustra currūt pter vnū qui accipit brauiū. Primus

equus est pallidus de quo dr Apc̃. vi. Vidi et ecce equus pallidus et qui sedebat sup eũ nomẽ illi mors et infernus sequebatur eũ. Et iste signat genus iudeoꝝ quorũ merces erat talis abũdantia. quã pallor designat. Esa. x. Si audieritis me bo. t. cõ. Quia omnes morientes ad inferos descendentes. et ideo ad brauiũ nequeũt peruenire. hz mors vel infernus sequit eos. De quorũ numero sunt omnes xpiani qui ꝓ terrenis deo seruiũt. ps. Confitebit tibi cũ bene. ei. Jo. vi. Queritis me. q̃ mãducastis ex panibus meis de quibꝫ dr Matth. v. Amen dico vo. re. mer. s. ¶ Secũdus est equus emissarius de quo dr in eccl̃. Equus emissarius sic et amicus subsannatoris sub omni supra sedente hinnit. Iste significat geñ sarracenoꝝ: quoꝝ vita tota ẽ in luxuria delicijs corporalibus et hmõi currũt q̃ dicunt in alia vita hoies plures vxores habere et iuxta flumẽ lactis et mellis ꝓsistere. et ideo brauiũ nõ accipiũt felicitatis eterne. de q̃rũ numero sunt oes xpiani quoꝝ deus vẽter est. qui in corpalibꝫ delicijs finem suũ ꝓstituũt. Eccls. vi. Omnis labor hois in ore eius. Tercius est equus rufus. Apc̃. vi. Et exiuit alius equus rufus et qui sedebat sup eũ datũ est ei vt sumeret pacez de terra et vt inuicẽ se interficiant: et dat̃ est illi gladius magnus. Iste significat geñ tartaroꝝ ꝓpter magnã effusionẽ sanguinis quã fecerũt. quibꝫ magnus gladius ẽ largitus ad seipsos et alios interficiendum et pacifice sup totã orientalem plagã regnãt Isti inaniter currũt. q̃ de mõ currẽdi nullam legem habẽt. sed quilibet currit sicut sibi placet de quoꝝ nũero sũt oes xpiani q̃ sub lege euangelij nolunt ꝓstringi. sed volunt viuere ꝓ libito voluntatis. ¶ Quartus equus est niger. Apc̃. vi. Ecce equus niger et qui sedebat sup eũ bẽbat stateram in manu sua. Iste significat genus hereticoꝝ qui staterã dolosam habẽt in manibus dũ verba euãgelij et sacre scripture nõ ponderant recto mõ. sed false exponentes que nõ intelligunt. et ideo sicut falsarij litterarũ et ponderũ debent cõburi. de quoꝝ nũero sunt omnes xpiani q̃ falsa loquunt̃ et operant̃. ¶ Quintus equus est varius qui ẽ fallax ad salutẽ. zach. vi. In quadriga q̃rta equi varij et fortes. Iste signat genus ypocritaꝝ et falsoꝝ xpianoꝝ qui sunt varij quia sunt aliud interius et aliud exterius. et sub pelle ouina habent morsum caninũ Matth. vij. Attendite a fal. pph. qui ve. ad vo. in v. o. intrin. aũt sunt lupi ra. Isti videntur currere: sed nõ currunt. et ideo brauiũ nõ accipiũt. Isti sunt valde fortes ad nocendũ et decipiendũ. q̃ hoies nõ cauent sibi ab eis. ¶ Sextus equꝰ est albus. Apc̃. vi. Et ecce equus albus. et se. sup eũ habebat arcũ. et data corona. et exiuit vincẽs vt vinceret. et iste significat genꝰ veroꝝ xpianoꝝ qui omnia vincunt et peruenit vsq̃ ad brauiũ. et ideo coronant̃ qui bñ t alba et candida vestimenta. i. opa. Eccl̃. ix. Omni tpe vestimenta tua sint candida. Ro. xij Abiciamus ergo opa te. et induamur lu. id est opa lucida. Isti soli accipiũt brauiũ. Secũdo videamus que sũt necessaria ad bene currendũ ita ꝙ brauiũ habeamus. sicut enim legere et nõ intelligere est negli. Ita currere et nõ bene currere est opus perdere. ¶ Et sciẽdũ ꝙ ad bñ currendũ quinq̃ exiguntur q̃ etiã exiguntur in cursu corpali et sũt necessaria ¶ Primũ ẽ fortitudo ꝓsone et ꝑgrua dispositio: q̃ nec cecus: nec claud̃: nec debilis vel infirmus bene currere potest. Ita homo debet esse dispositus et sanus in mẽte: ꝓ virtutes et gratiam dei que disponit et faciũt hoiem aptum ad bene currendum Extere nationes nõ possunt currere. q̃ sũt cece et claude. nec mali xpiani. q̃ sunt debiles et infirmi dei fortitudine et spũssancti donis carentes. Et ideo cum via dei sit arta et difficilis nõ possunt ꝙ eam currere. Aug̃. Angusta est via que ducit ad vi. et. et ad ipsam nisi dilatato corde nõ curritur q̃ iter virtutũ quo gradiunt̃ paupes xpi ẽ amplum spei fideliũ. et si artũ sit infideliũ vanitati. ¶ Secundũ est impedimentoꝝ remotio. Sunt enim multa impedientia spũ aliter currere volentẽ. Et ꝑcipue sunt duo Primũ est vinculatio peccatoꝝ. Catenatus enim vt est peccator non potest currere. Prouer. v. Iniquitates sue capiunt impiũ. et funibꝰ peccatoꝝ suoꝝ ꝓstringit̃. Et ideo ꝙ veram ꝓtritionẽ et cõfessionẽ oporet q̃ primo ab his vincul̃ soluat̃: q̃ alꝫ non posset ꝓgere, nedũ currere, Jo. xi. Soluite

eñ ⁊ sinite abire. Hoc dixit xp̃s de lazaro per quē peccator̃ designat. Secundū impedimentū est onus tpalium. Non eñ onerat⁹ potest velociter ambulare nedū currere. Berñ. Tu onus istius auro ⁊ argento putas te xp̃m sequi qui exultauit vt gigas ad currendā viā. Et q̃ istud onus ē aie q̃ currere dz igit̃ hec alleuiatio dz fieri intus i aīa. vt aīa ñ afficiat̃ nec ꝯcupiscat tpalia que ꝯtuis aliquis nō habeat, afficiat̃ tamē ⁊ ꝯcupiscat ea habere. ⁊ ita ē oneratus ac si haberet. ⁊ qui nō cōcupiscit nec afficitur est leuis ⁊ aptus ad currendū ꝯtuis tpalia possideat. Et attende q̃ cursor̃ p̃cingit se ⁊ habet vestes curtas nō defluentes in terrā vt melius curat. sic spūaliter currere volentem oportet cingi p̃ continentiā carnalis voluptatis. Luc. xij. Sint lū. v. p̃cin. Debet etiā vestes curtas habere vt de tpalibꝫ solum accipiat necessaria. i. Thi. vi. Habētes ali. ⁊ quibꝫ te. b. ꝑtē. simus. Quidam habent vestes muliebres p̃ centū defluētes sicut viri effemīati qui totaliter carnis voluptatibꝫ īmergūtur ⁊ ideo currere nō possunt. vñ in huius figura mandatū ē in lege Deut. xxij. q̃ viri veste femínea indui nō debent. Tercīū qđ exigit̃ ad bene currē dū vt brauiū habeat̃. ē velox cursus arreptio: vt cito homo arripiat cursum. Raz in cursoribꝫ brauij magna p̃rogatiua est anticipare cursum. Ita spūaliter cito incipere cursum maximū bonū est ad brauiū p̃cipiendū. Treñ. iij. Bonū erit vi. cum pta. iu. dñi ab ado. sua. Multi sunt qui dicūt. ista tm volo currere ⁊ semꝑ vadunt se vertendo ⁊ nūq̃ currunt. Prouerbi. xxvi. Sicut ostiū vertitur in cardine suo: sic piger in leculo suo. Ecc̃. xxxij. Precordia fatui quasi rota carri. Rota carri semꝑ vertitur circa axem neq̃ ab axe nūq̃ separatur. ⁊ siliter ostium in cardine. Sic multi dicūt se velle recedere a mundanis ⁊ nūq̃ recedunt. Quartū est deuiatōis cautio vt currens a deuiatione caueat. q̃ si modicū deuiat multum errat. Nu. xx. Non ibimus per agros neq̃ per vineas. neq̃ bibemus aquas d̃ cisternis tuis. sz via publica gradiem̃ neq̃ ad dexteram neq̃ ad sinistrā declinantes. Quidā vadunt ad spectacula ⁊ ludos et per tabernas declinant ad dexterā mundi. Quidam vero seculi tristicia absorbentur que mortem operantur. vt dicit apl̃us. ij. Cor. vij. Exemplū huius habemus in filijs israel qui circūierūt per. xl. annos ī deserto. ⁊ viam quam in duobus mensibus facere debebant distulerunt facere per. xl. annos. p̃s. In circūitu impij ambulant Et ideo qui nō vult deuiare vadat p̃ christum qui via est. Joh. xiiij. Ego sum via veritas ⁊ vita. Berñ. Beatus est dominie iesu qui te hominē inter homines ꝙuersantem obseruans diligenter. p̃ virtꝫ se prebet imitatorem tui. Quintū est cursus cōtinuatio. Est enim sola perseuerantia beres regni eterni. Matth. x. Qui perse. vsq̃ in finem hic saluus erit. In cuius figura mandatum est in lege. q̃ semꝑ cauda animalis deberet in sacrificio offerri. Multi incipiunt feruenter currere. sed nō cōtinuant neq̃ opus penitentie consūmant. ⁊ iō nihil faciunt. Prouer. xviij. Qui mollis est ⁊ dissolutus in opere suo frater est sua opera dissipātis. Mollis est qui cedit duris. ⁊ ideo quando occurrit ei aliquod difficile in opere incepto desistit quod tale est ac si illud opus dissiparet. Cōtra quod dicit apostolus. ij. Thimo. iiij. Bonum certamen certaui cursum consumaui fidem seruaui. Tercio videamus que nos mouere debeant ad bene ⁊ strēnue currendū.

¶ Et dicendū q̃ sex debent nos mouere ⁊ incitare ad bene currendum. que etiam corporaliter currētes solent incitare. Primū est p̃miū ⁊ brauij p̃ciositas. Plures enim veniūt ad currendum ⁊ melius fata gunt currere. vbi brauiū p̃ciosius cernit. In hoc autem cursu ponitur brauium cōtinens omne bonū in se. Exo. xxxiij. Ostēdam tibi omne bonum. Esa. lxiij. Oculꝰ non vidit deus absq̃ te que p̃parasti expectantibꝫ te. Est etiaz hoc brauium bonū perpetuum ⁊ nunq̃ finiendum. Esa. lj. letitia sempiterna super capita eor̃. ¶ Secundū est nobilitas ⁊ multitudo p̃sonar̃ expectantiū nos currentes. Nam q̃ debent currere coram rege ⁊ regina ⁊ omnibꝫ baronibus ⁊ dñabus regni totis viribus bene currere nituntur. Nos autē coram deo ⁊ beata maria ⁊ angelis ⁊ sanctis omnibꝫ currimus. Berñ. Expectāt nos angeli: vt

eoꝝ ruina restauretur. sancti vt eoꝝ gloria cōpleatur. Deus pater quasi filios ⁊ hæredes vt sup omnia bona sua constituat. Filius quasi fratres ⁊ coheredes vt fructum natiuitatis p̄cium sanguinis patri suo offerat. Et ipse spūssanctus qui est ipsa caritas ⁊ benignitas in qua pater nos p̄destinauit ad regnum. Et maxime nos religiosi debemus niti bene currere. q̄ nō solum celum sed etiam mūdus nos currere aspicit. ⁊ aliqui vt addiscāt. ⁊ aliq̄ vt detrideāt ⁊ infament. i. Coꝝ. iiij. Spectaculū facti sumus mūdo ⁊ angelis ⁊ hoībus. ¶ Tercium est tp̄is brevitas. Breui em̄ tpe currere habemus. Ysach. Que est vita n. ni. va. ad modicum pa. Antiqui magno tpe currebant ⁊ tandē ad inferos descendebāt Nos aūt vltima hora venientes modicū in vinea patientie ⁊ penitentie nolumus laborare ⁊ in stadio currere. ¶ Quartū ē miseria loci in quo sumus ⁊ maloꝝ habitantiū in eo copiositas: q̄ totus mundus est plenus malis. i. Jo. v. Totus mundus in ma. est positus. Greg. Mala q̄ nos hic p̄mūt ad deū ire cōpellunt. Optime facit deus qui locū incolatus ⁊ pegrinationis nostre tot malis ⁊ omni instabilitate replevit: vt nos bonitate sua nō detineret. Ber. O munde īmunde si sic transiens allicis. quid faceres si maneres. certe omnis capes De loco autez malo festinat homo exire. Sic festinauit loth exire de sodomis. Gene. xix. ¶ Quintū est inimicoꝝ nos insequentiū crudelitas: q̄ demones in hoc cursu fortissime insequunt̄ p̄dere cupientes. i. Pe. v. Aduersarius no. dy. tan. leo rugit. q̄. quē de. Consueuerūt aūt omnis hoīes insequentib⁹ inimicis fortissime currere fugiendo. Act. xij. Percussoꝝ latere petri excitauit eū. d. Surge velo. ¶ Sextū est p̄ditionis ⁊ cōfusionis multiplicitas. quia si nō bene currerim⁹ expoliabim̄ armis ⁊ īcarcerem dyaboli detrudemur. ⁊ erimus in p̄petuū confusi. ⁊ auferent̄ a nobis corpus ⁊ anima ⁊ oīa bona nostra. Luce. viij. Si aūt qui non habet ⁊ q̄d videt̄ ha. au. ab eo tc̄. Carissimi curramus fortiter sup equū album. vt nō ꝓfundam̄: ⁊ tanḡ victi in carcere recludamur sed tanḡ victores brauiū hēam⁹. Et sic p̄z p̄imū. ¶ Secūdo sub similitudine agonistaꝝ nos hortatur ap̄ls vt legitime decertemus quatenus coronam glorie p̄cipere mereamur. Et talis est rō. Omnis pugnans in agone p̄ modico p̄mio ab omnib⁹ abstinet et fortiter dimicat: ergo multo fortius in agone spūs debemus nos p̄ magno p̄mio ab omnib⁹ abstinere ⁊ fortiter dimicare. Et hoc est. Omīs em̄ vel aliquis qui in agone certe cō. Hoc est. Omnis qui in agone cursu. in bac vita. Jo. vij. Vilicia ē vi. ho. sup terr. Ergo per totā vitā ab his q̄ nos impugna spūs impediūt abstinere debemus ¶ Ubi nota q̄ inter alia maxīe sunt tria q̄ deuastant hoīs militiā ⁊ faciūt hoīes succūbere inimicis etiā in p̄lio mūdi. ¶ Primū est desideria carnalia ⁊ delicie carnis. Unde de militib⁹ hannibalis dr̄ in tito liuio. Quos nec ferrū nec alpes nec nines potuerūt vincere dulcie campanie enervauerūt. Unde ibidē legit̄ q̄ senatus romanus misit quendā capitaneū ad quandaz militiā. qui iuuenes eam delicijs ⁊ meretricib⁹ dissolutā statim exbanniuit de exercitu oēs feminas: ⁊ mādauit q̄ nullus posset habere nisi vnū equū nec aliquē famulum: ⁊ statim fuit militia repata ⁊ deuicerūt hostes. Simile est in p̄lio spūs. Et iō beatus petrus capitaneus istius p̄elij clamat. Obsecro vos tanḡ aduen̄ ⁊ pegrinos abstineatis vos a car. de. que. mi. aduer. aīam. i. p. ij. In cuius figura mandatū est in lege q̄ p̄cedentib⁹ filijs israel ad bellum p̄co debebat clamare d. Si quis duxit vxorē de nouo reuertat̄ in domū suā. vt p̄z Deut. xx. ¶ Secundū est multitudo spolioꝝ. q̄ magnū piculū est donec homo est in bello spoliꝰ intendere. Exemplū de ꝓflictu cōradini nepotis friderici imp̄atoris qui rebellatus est a rege karolo q̄ milites eius erāt dispsi ad spolia. Propterea iudas machabeus ait. i. Mach. iiij. Nō ꝓcupiscatis spolia. q̄ bellū ꝓtra nos est. Sed vt notū est nos sum⁹ in ꝓtinuo bello. ⁊ iō nllō tpe debem⁹ spoliꝰ intendere vt spoliꝰ onerati: ꝙ sp̄m⁹ sub armis ⁊ virtutū stare. i. Thess. v. Sobrij simus induti. lo. fi. ⁊ car. ⁊ ga. spe salutis.

Tercium est inobedientia militum qz sine duce bellatur exercitus si milites non obediunt duci. Et ideo plures ecclesiarum ruinas duabz istius exercitus obedire oportet. Hebr. xiij. Obedite ppo. vē. per om. q sub ia. il. Et sic patet q a tribus maxime abstinere debemus scz a desideriis et delicijs carnis. et a spoliis tpalium et ab inobedientia platoz. Et si pugnantes in agone mundi abstinent ab his tribus vt corruptibilem coronam accipiant. id est gloriam et meredem transitoriam que corrūpitur et defecit. multomagis nos abstinere debemus q incorruptam coronam accepturi sumus. id est eternam que nunqz corrūpitur. nec vnqz deficit. nec marcescit. i. Pe. v. Ut cū venerit princeps pastoz percipiatis imarcescibilē eterne glorie coronam. Et sic patet secundū. Tercio in duobus pdictis se adiuuat ad exemplū vt ipsum sequi debeamus dicendo. Ego igitur qui ad finem cursus īpugna venire volo sic curro ad brauiū regni cōtum ad primū. nō quasi ad incertum. id est nō tanqz incertus de pmio. Quia q de pmio est incertus pigre et lente et male currit. Qui aūt veram spem habet de premio optime currit. sicut paulus. similiter sic pugno cōtum ad secundū sup. ptra duos volum carnem et mundū. nō quasi aerem verberans. i. inaniter pugnans. Qui enim p hoste aerem pcutit. ppter inanem ictū magis seipm grauat. Vel quasi aerem verberans pugnat. qui tantū verba habet quibz ad litteram aer verberatur. et operibz bonis caret quibz pdicti inimici vincunt. Prouer. xix. Qui tantū verba sectatur nibil habebit. Talis quod verbo edificat facto destruit. Ecc. xxxiij. Unus edificās alter destruens. quid pdest illis nisi labor? Non sic ergo pugno sed castigo corpus meum. id est discipulus vigilijs et ieiunijs castuz facio et in seruitutem redigo. scz anime. id est facio ipsum rationi obedire. vt q ratio dictat facienda faciat. et que nō dictat facienda caueat. Et ppie di. Castigo corpus meū. qz corpus est quod impedit animam in cursu. et in certamine pdit. retrahit enim corpus aīam ne bene currat et pdit et impugnat vt succūbat. Et ideo qui vult bene currere et bene vincere. oportet q corpus castiget et mēbra mortificet. Colo. iij. Mortificate mēbra vestra. Et nō di. occido corpus meū: sed castigo. Ro. xij. Rōnabile obsequiū vestrum. Et maxime hoc est necessarium pdicatoribz ne reprobus efficiatur. quod tunc est quādo illud quod pdicat verbis factis nō implet. Ro. ij. Qui pdicas nō furandū furaris. Debet enim pdicator omnia que docet implere. Ro. xv. Nibil audeo loqui eoz que per me nō effecit xpus. et hoc est. Ne forte cū a. pdi. ip. re p. eff. Et sic patet terciū. Quarto aplūs mlta beneficia antiquis pstita reducit ad memoriā. nostra beneficia figurantia. ppter q fiducialiter currere et secure pssumus dimicare. Et hoc est. Nolo autem vos ignora. quoniam pa. nostri non carnales. corlīxis eīm loquebatur. sed fidei instructoribz omnes tam boni qz mali sub nube fuerūt. Ecce primū beneficium multū in se continens. quia a nube multa bona habuerūt. Protegebat eīm eos a psequentibz inimicis. Exo. xiij. Colūna nubis stetit inter castra egyptioz et castra israel erāt tenebrosa ita vt ad se inuicem toto noctis tempe accedere non valerent. Item illuminabat. Exo. xiij. Per diem erat columna nubis et per noctem columna ignis. Nam filijs israel erat luminosa et egyptijs tenebrosa. Item ducatū pbebat. Exo. xiij. Dominus pcedebat eos in colūna nubis. Item refrigerium exhibebat in ardoze diei. et protectōnem a vento et pluuia et tempestate. Esa. iiij. Erit in vmbraculū diei ab estu et in absconsionem a tempestate et pluuia. Secūdum beneficiū tangit cum di. Et oēs mare transierūt. scz sicco pede ab egyptijs liberati et ipsis egiptijs submersis. Exo. xiij. Filij israel pretexerūt per medium sicci maris et aque erant eis p muro a dextris et sinistris. Terciū beneficium tangit cum di. et omnes in moyse. i. in ducatu moysi baptisati sunt. i. ab ignorantia dei purgati. p visa signa in nube et in mari. i. in signis visis in nube pcedente et in mari cedēte et locū faciēte sunt purgati et illūiati. Exo. xiij Submersis egyptijs timuit pplus dīm et credidērūt dño et moysi seruo ei? scz timore purgati. Quartū bñficiū tangit di. Et oēs eandē escam spūalem māducauerūt.

scz manna quod de celo cadebat: propter quod di. spūalē siue angelicā. Sap. xvi. Angelor esca nutriuisti pplm tuū. Quin tum beneficiū tangit di. Et oēs eundem potū spūalem biberunt. quia virtute dei q̄ spūs est sibi ꝓpinatū de petra oreb. ⁊ de petra cades: vt patet Nūeri. xx. percussit eē moyses ad impiū dñi virga bis silicem. ⁊ egresse sunt aque largissime ita vt biberet pplus ⁊ iumenta. Et ne crederet q̄ aquas dedisset ad momentū subdit. Biberūt aūt de spūali ꝑse. e. pe. i. voluntati eor satisfaciente. Quocūq̄ eē. pcederent aquarū fluenta eos sequebant. d. glo. Sed ꝓtra. Si sequebat eos aqua ex pcussione prima in oreb. cur murmurauerūt postmodū in cades ⁊ necessariū fuit eis aquā dare. Responsio dicit q̄ glo. referenda est ad illam percussionem que facta est in cades. ⁊ non ad primā. petra aūt erat xp̄us. i. per petram illam figurabat xp̄s a quo ⁊ per quē omia supradicta beneficia nos hēmus maiora ⁊ meliora. sicut res est melior ⁊ dignior figura sicut vinum circulo. Omnia eē supradicta beneficia fuerūt figura nostrorū beneficior que maiora sunt. q̄ p̄z. Quia illi habuerūt ꝑ duce moysen ⁊ nos xp̄m qui educit nos de egypto tenebraꝝ. huius mundi in celestem hierusalem. Illi habuerūt nubem. ⁊ nos spūssancti gratiā q̄ protegit nos ab oīb inimicis multomagis q̄z colūna nubis filios israel qua gratia apostoli roborati ante reges ⁊ pīdes impauidi stabant. qui prius clausis ianuis morabant. Item illuminat de credendis ⁊ agendis. i. Jo. ij. Unctio docebit vos de oībus. ⁊ Johā. xvi. Cum autem venerit ille spūs veritatis do. vos om. veri. Colūna illa illuminabat corpus, sed gratia spiritus sancti mentem. Item p̄bet nobis ducatuz ⁊ nobiscum graditur ꝑ totū desertum mūdi. Isa. xxviij. Ecce ego vobiscū sum omdie. vsq̄z ad ꝯsu. se. scz ꝑ gratiam spūssancti. quod colūna illa non fecit. Item refrigeriū mentis ꝑstat in oīb aduersis. Un de paraclitus dicit. id est ꝯsolator. Et ideo cātamus. Consolator op. dul. bo. ani. dul. re. Propterea apostoli recepto spūsancto ib. g. a. cons. ꝯsi. qm̄ di. b. sunt ꝑ no. ie. cō. pa. Act. v. Qui prius erant tristes ⁊ desolati. Columna illa prebebat refrigeriū contra solis incendium. ⁊ aeris intemperiem gratia vero spiritussancti contra incendia viciorum ⁊ contra cuncta nobis aduersantia nos defendit. Illi baptizati. id est purgati fuerunt in mari rubro. ⁊ nos in baptismo christi sanguine rubricato. In quo submergitur pharao. id est dyabolus cum toto exercitu viciorū: ⁊ renascimur in filios dei. Illi habuerūt manna cibum celestem ⁊ nos corpus christi verum. quod sine cōparatione excedit manna. quia habet dare viram eternam. quod manna non fecit Joh. vi. Ego sum panis vi. qui de ce. d. si q. m. et hoc pa. vi. ineter. Pa. pe. mā. mā. in deser. ⁊ mor. sunt. Illi habuerunt aquā de petra ⁊ nos doctrinam a christo intelligentiam nostram replentem in sarietatez ⁊ ei vitam eternaz dantem. Joh. vi. Verba que ego locutus sum vobis spūs ⁊ vita sunt. Et sic patet q̄ potiora beneficia sumus nos per misericordiam dei consecuti q̄z illi. propter que ⁊ in quor virtute oportet me ad prauium cūrere ⁊ in agone spiritū possumus decertare. Et sic patet quartum ⁊ ꝯsequenter totum de epistola.

¶ Dominica in seragesima de euāgelio. Sermo. xxviij.

Cum turba plurima cōueniret ⁊ de ciuitatibus ꝓperarent ad iesum. dixit p̄r similitudinem. Exīt qui seminat seminare semen suum. Luc. viij. Pluries dominus turbis in parabolis loquebatur vt quod dicebat memorie mādaretur: q̄ quod p̄ similitudinē accipitur melius seruatur. ⁊ phylosophus etiam dixit q̄ non est intelligere sine fantasmate. id est nisi illud quod dicitur in vniuersali non applicando ad aliquid in aliquo exemplo imaginabili conspiciatur. Et ideo intellectus semper reflectit supra fantasmata in quibus conspicit quod intelligit. Est aūt vt di. Orige. pabola sermo quasi factus non aūt iuxta q̄d dr. possibilis aūt fieri rez significatiuus ꝑ transsumptionē eor q̄ in pabola traduntur. Sic ergo in hoc euāgelio

xps parabolice loquit. vt quod p simplex di
ctum retineri nō pōt p sititudinē melius
teneatur saltē a discipulis qui similitudis
expositionē intelligere meruerūt. t supbis
t nō curantibus intellectus victi clauda
tur. Math. xi. Confitebor tibi pater. qz ab
scō. h. a sa. t p̄u. t reu. ea p. In quo qui
dem euāgelio quatuoz sūmarie p̄tinentur
Primo essū xpi p̄dicatio facta ad turbas ī
parabolis recitat. In p̄incipio euāgelij vsqz
ibi. Qui ha au. au. Secūdo discipulorū
interrogatio de parabole expositione subiun
git. ibi. Inter. autē dis. e. que esset hec pa
bola. Tercio quare quibusdā in parabolis t
quibusdā aptē sit loquendū a xpō innuit.
ibi. Vobis datum est nosse misterium re
gni dei ꝛc. Quarto ipius parabole a christo
expositio p ordinē apitur ibi. Est autē hec
parabola. Semen ē vbū dei. Dño ergo
xpi p̄dicatio facta ad turbas in parabolis re
citat. Et hoc est. Cū tur. plu. cōue. Vulti
essū de ciuitatibz t de castris multis ad ie
sum cū festinantia veniebāt audientes do
ctrinam t miracula eius. t videntes tpus
messie in lege p̄missi iam venisse. ita q̄ ma
gna cōmotio in tota patria fiebat. t ideo
multi veniebant quidā vt instruerentur.
multi vt sanarentē. qz virtus de illo exibat
t sanabat oēs. Luc. vi. Vulti vt miracla
eius viderent. Luc. v. Vidimus miracu
la hodie. Vulti vt frequenter credentes
ipm esse messiam qui in mundū ad p̄dm
audeoz liberandū venire debebat. Jo. vi.
Hic est vere p̄pheta qui venturus ē in mū
dū. Pū ergo talis cōcursus p̄loz fieret.
xps iuit ad mare t ascendit vnā nauiculā
p̄pter tumultū populi. t de naui cula p̄po
suit hanc silitudinē t multas alias. vt p̄z
Math. xiij. Est aūt sikitudo hec de semina
toze semināte: t de semine iacto. t ō vario
seminis euentu. qz aliud cecidit secus viā
aliud in petrosa. aliud inter spinas. aliud
in terrā bonā. vt infra p̄z. Et q̄ hec silitudo
t in his sit mystica significatio requirēda
p̄z p illud qō in fine sikitudinis dr. Qui
habet aures audiendi audiat. Ubi di. hoō
Quotiēs hec āmonitio vel in euangelio
vel in Apoc. iob. interponit misticum esse
qō dicit ꝗrendūqz a nobis intentius ostē
ditur. Et ideo in hac p̄ma p̄te tria vide
re debemus sc̄z quis sit iste semiator. t qō
est eius semen. t quō hoc semen diuersi
mode cadit. Circa p̄mū nota q̄ iste se
minator filius dei est cui p̄p̄riū est semina
re. Et hoc est qō hic dicit. Exijt seminare
id ē ad seminandū. q̄ seminat. i. qui hz offi
cium seminandi. qui tunc exijt dū visibil
nobis in carne apparuit. Joh. xv. Ego exi
ui a patre meo t veni in mundū. qui ab in
itio mundi seminauit t semināre nō cessat.
Ecc. xi. Mane semina semē tuū t vespere
ne cesset manus tua. Jo. v. Pater meus
vsqz modo opatur t ego opoz. Qui semi
nauit sex agros sc̄z celum. paradisum ter
restrem. mundū. sanctam ecclesiaz. aiam
hois. t beatam virginē. Si de hoc vis p̄
dicare ꝗras supra vñica quarta post octa.
epbi. in primo mēbro sermonis de euāge
lio. Sic ergo filius dei est p̄p̄rie seminator.
oēs alij p̄dicatores t seminatores quoz
cūqz bonoz sunt copbini. Unde Aug. ait
Quis ego nisi copbin⁹ seminantis. in me
ipse ponere dignatur quod velit spargere
Iste seminator primo exiuit ad creandū
dū agrum vt haberet vbi seminaret. t hoc
fecit quando mundū creauit. Math. xiij.
Ager autem est mundus. quem fecit ma
gnum pulcrū t fecundū vel abundantem
Sed magnitudinē eius vsurpauit sibi su
perbia t diuisit. Ex supbia essū ceperūt ho
mines vsurpare sibi domia t terras. sicut
patet de nemroth. qui cepit esse venustus
venator coram dño. Gen. x. Ipse cepit ee
potens in terra. t erat rob. vē. co. do. Pul
critudinem vero eius vsurpauit luxuria.
Gen. vi. Videntes filij dei filias hominū
q̄ essent pulcre acceperūt sibi vxores ex oī
bus quas elegerant. Abundantiā autem
eius vsurpat sibi auaricia que cōmunia fa
cit p̄p̄ria t omnia retinet t abscondit p̄o
pter quod generat caritia in terra. t ideo
omnibus est odiosa. Prouer. xi. Qui ab
scondit frumenta maledicetur in p̄oplis
benedictio aūt sup caput vendentiuz. Et
qz bona istius agri sic sunt occupata. ideo
nō germinat nisi spinas t tribulos. Gen.
iij. Spinas t tribulos germinabit tibi. et
ideo secūdo iste seminator exijt ad hūc agꝝ
purgandū p diluuij inūdationē. Gen. vi.
Finis vniuerse carnis venit coram me re

pleta est terra iniquitate. Tunc enim magnitudo: pulcritudo ⁊ fecunditas vel abūdantia creaturarū velete sunt. Tercio iste seminator exiuit ad hunc agrum seminādum dñ factus est homo. ⁊ cū hominibus conuersatus est. Baruth. iij. Post hoc i terris visus. ⁊ cum hominib cōuersatus est. Math. iij. Circūibat iesus totam galileam docens in synagogis. In quo agro seminauit exemplū querlationis. verbuz ꝓdicationis. ⁊ meritū sue passionis. quia suo sancto exēplo mūdū informauit. Jo. xiij. Exemplū em̄ dedi vo. vt quē. e. fe. vo. ita ⁊ vo. fa. Suo vero verbo mundū erudiuit. Jo. xviij. Ego palam locutus sum mundo. Ego semp docui in synagoga ⁊ in templo quo oēs iudei conueniunt. Et sue passionis merito mundū redemit. i. Deꝰ. i. Non auro vel ar. re. es. sed ꝓcio. san. ag. i cō. Et nota q di. semen suum. Tunc enim ꝓdicator seminat semen suum: quando verbum dei p scientiam habet in corde. ⁊ p iusticiam habet in opere. Sic ꝓdicabat aplꝰ q dicebat. Ro. xv. Nihil audeo loqui eorum que p me nō effecit xp̄us. Quādo vero ꝓdicator nō facit que ꝓdicat. nec qđ ꝓdicat habet in corde: sed in quaterno semi nat semen alienum. Jesus ergo semē suū seminauit. qz verbū dei habebat in se imo ipse erat fons verbi dei. ⁊ cepit prius facere q̄ docere. Multi autē statim q habent vnū quaternū sermonū volunt docere ⁊ ꝓdicare. Similes pylato qui postq̄ quesiuit a xp̄o quid esset veritas a xp̄o statim exiuit foras ad pplm̄ nō expectata responsiōe Tales si error sit in quaterno errorem ꝓdicabunt. Quarto exibit ad hūc agrum metendū ⁊ fructus cōgregandū. scz in finali iudicio. Quāuis em̄ quotidie in priculari iudicio vniuscuiuscq mortis. deus metat hunc agrum. tamen in fine mundi messionem faciet generalem. In qua tria faciet

¶ Primo enim metet omnes homines. Apoc. xiij. Mitte falcem tuā ⁊ mete quia venit hora. Secūdo ventilabit per quā vētilationē sapabunt boni a malis p ventilabra discretionis. Luc. iij. Cuius ventilabr in manu eius ⁊ purgabit aream suā. Tercio congregabit in duplici horreo. scz celi i quo ꝯgregabuntur electi ⁊ inferni in quo congregabunt reprobi. Luce. iij. Congregabit triticum in horreū suum. paleas vero cōburet igni inextinguibili. Primus ergo exitus ptinet ad opus creationis. Secundus ad opus purgatiōis. Tercius ad opus redemptiōis. Quartus ad opus retributionis. ¶ Secundo vero videamus de semine quod seminatū est. Hoc aūt semen congrue potest intelligi corpus xp̄i ⁊ verbum dei. De corpe em̄ suo d. xp̄s. Jo. xij. Nisi granū fru. ca. in ter. mor. fu. ipsum solum manet. Si autē mortuū fuerit multum fructum affert. Gal. iij. Semini tuo quod est xp̄s. Et cōuenienter valde dicit semen. Sicut em̄ semē primo seminat. secūdo in terra mortificat. tercio incipit pullulare. quarto ascendit sursum. quinto producit spicam. sexto maturescit. septio metet. octauo in horreo recondit. sic istud semen scz corpus xp̄i. primo fuit seminatum in terra bona. scz in vētre v̄ginis in incarnatiōe. Secūdo fuit mortuū in passione. Tercio pullulauit ⁊ frōduit in resurrectione. Quarto ascendit sursum in ascensiōe. Quinto ꝓduxit spicam in spūssancti missione ⁊ gentiū vocatione. Sexto maturescit ⁊ cōplebit ista spica in vniuersali ecclesie cōgregatione. quando cōuertent reliquie iudeoꝝ. Septimo metetur in mūdi cōsummatione. Octauo reconderur in horreo vite eterne in perfecta retributione Prima quatuor competunt corpori christi vero. reliqua vero corpori christi mistico Item per hoc semen cōgruentius omnibus intelligitur verbum dei. Unde de hoc semine dicere ad litteram christus intendit vt in fine euangelij in expositione similitudinis apparet. ¶ Habet enim verbum dei omnem virtutem omniū seminum. Et hoc pz q̄strum ad decem. Est em̄ verbū dei calefactiuū illuminatiuū. letificatiuū. castificatiuū. sanatiuū. nutritiuū. vi viuificatiuū. generatiuū. renouatiuū. est virtute maximū. ⁊ quātitate puū. est cū puritate seminandū. Hec aūt oīa in seminibus inueniunt. Nā ꝓpter quoddā semen est hōes virtutē calefactiuā sicut granū sinapis ⁊ piperis. sic v̄bū dei hz inflāmare aīam. ꝓpter

Ignituz eloquium. Treñ. i. De excelso. misit ignē in ossibus meis. id est verbum ignitum ⁊ erudi-

uit me. Lu. xij. Ignem ve. mit. in ter. i. ver
ba ignita. Secūdo est qnoddā semē illū
natiuū vt semen rute ⁊ feniculi. sic verbū
dei habet aīam illuminare. ps. Lucerna pe
dibus m. ꝝ. t. Tercio est quoddam semē
habens vrtutem letificatiuam. vt carda/
momū ⁊ semen croci. sic verbum dei habet
aīam letificare. sicut iobānes baptista ad
verbū marie salutantis elizabet exulta uit
Luc. i. Ex quo facta est vox sa. t. in au. me.
exulta. in gaudio infans in vte. m. Sicut
similiter exultauit maria ad verbum eliza
beth dicentis. Beata que credidisti. ⁊ ait.
Magni. a. m. d. Et ex. ⁊c. Quarto ē quod
dam semen habens virtutem refrigerati/
uam ⁊ castificatiuā. vt semen lactuce si de
feratur ab homine. sic etiam verbū dei ha
bet aīam castificare ⁊ sanctificare. Act. x.
Loquēte petro cōpunc. cor. sūt. ⁊ ceci. spūs
sanctus sup eos q. au. ver. Qui scilicz spi/
ritussanctus habet animam sanctificare
⁊ castificare. Quinto multa semina habēt
virtutem sanatiuā. ⁊ ideo ponūtur in me/
dicinis ⁊ ꝯfectionibus. vt semen cucume
ris ⁊ peponis. sic verbum dei habet aīam
sanare. ps. Misit verbum suum ⁊ sanauit
eos. Sap. xvi. Nec herba nec malag/
ma sanauit eos. sed sermo tuus dñe q̄ sa/
nat vniuersa. Sexto quasi omnia semina
terre habent virtutem nutritiuam viuifi/
catiuam ⁊ ꝯseruatiuaz. sic verbum dei ha
bet animā viuificare conseruare ⁊ nutrire
Matth. iiij. Non in so. pane. vi. hō. sed in
oi verbo qđ ꝓcedit de ore dei. Esa. i. Nisi
dñs exercituū reliq̄sset nobis semē quasi
sodoma fuissemus. ⁊ quasi gomorre sikes
essemus. Sic ꝯseruatus ē moyses in col/
loquio diuino. xl. diebꝫ. vt pz Exo. xxxiij.
Septimo omnia semina terre habent vir
tutem generatiuā q̄ vnūquodq̄ generat
aliud. sic filius hōis regenerat hoiem in fi
lium dei. vt patz in baptismo. In quo dū
accedit verbū ad elementū fit sacramentū
vt di. Aug. In quo hō regenerat in filiuz
dei. Jaco. i. Uolūtarie genuit nos verbo
veritatis. i. Cor. iiij. Per euangeliū ego
vos genui. Octauo i seminibꝫ totus mū
dus renouatur. sic ꝑ verbū dei totus mun
dus renouatus est ad nouū cultū. ad no/
uam doctrinā. ⁊ ad nouam vitā. Job. xiij.
Mandatū nouū do vo. Apoc. xxi. Ecce no
ua facio omnia. Nono semina sunt modi
ca quātitate ⁊ maxima virtute. sic verbuz
dei breue est. q̄ verbū abbreuiatum fecit
dñs sup terram. Ro. ix. sed sup omnia ma
ximū est virtute quia ꝑ ipsum omnia fa/
cta sunt. Decimo sicut semina munda et
pura debent seminari. sic verbum dei cum
magna puritate debet predicari. ij. Cor. ij.
Non sumus sicut plurimi adulterātes ver/
bum dei. sz ex sinceritate coram deo in xpo
loquimur. Phil. i. Quidā ex ꝓtentione
xpm annūciant nō sincere. Recte ergo se/
men est verbū dei. ⁊ ꝯgruenter verbū dei
semen vocat ꝓpter decem ꝓdicta in quibꝫ
cum semine materiali cōuenit. Et q̄ ver/
bum dei tot hz virtutes. ⁊ ita magne effi/
cacie esse phiberur. Ideo di. Aug. q̄ cū tā/
ta diligentia est audiendū cū quāta ē cor/
pus xpi videndū. Tercio videamus. quō
hoc semen diuersimode cadit. quia aliud
cecidit secus viam. Ubi no. q̄ vt di. theo/
philus nō dicit. hic q̄ seminator semina/
uerit secus viam vel supra petram. vel in
ter spinas. sed dr q̄ semen sic diuersimo/
de cecidit. q̄ verba dei in corda audientiū
seminant. sed quidam sic ipm recipiunt si
cut granum recipitur iuxta viam. q̄ illud
cōculcant. Et quidā sic recipiūt: sicut gra/
num recipitur sup lapides. quia in eis nō
mittit radices. Quidā sic recipiūt ipm si/
cut semen recipitur inter spinas. quia suf/
focatur in eis ⁊ nō refert fructū. Quidam
sic ipsum recipiunt. sicut semen recipit in
terram bonā ⁊ bene paratā. quia in talibus
multum fructificat verbū dei. Uel si dica
tur q̄ directe sicut in terram bonam sic se/
cus viā ⁊ supra petrā ⁊ inter spinas semi/
uit. Dicendū est sicut di. Crisi. q̄ secus est
de seminatore materiali ⁊ de seminatore ver/
bi dei. quia ille nunq̄ seminat secus vi/
am vel supra petrā vel inter spinas. q̄ nō
potest facere. q̄ via nō sit via. ⁊ petra non
sit petra ⁊ spine nō sint spine. Sed verbū
dei ē tante virtutis q̄ frequenter facit viā
bonā terrā. lapidem ꝙuertit in terrā ⁊ spi/
nas euellit de terra. Esa. lv. Sicut ymber
descendit de celo ⁊ inebriat terrā ⁊ infun/
dit eam ⁊ germinare eam facit. ⁊ dat semē
serenti ⁊ qđ panē comedenti sic erit ⁊ bū

egredietur de ore meo nō reuertet ad me vacuum. Et ideo verbum dei: q in via q iuxta viaz q supra petras q inter spinas q vbicz est seminandū. Mat.xvi. Predicate euangeliū omni creature. Notandū ergo vt hic apparet q semen verbi dei qua duplicem euentū habet q quadripharia diuidit. q de quatuor ptibus tres pdunt.

Et put hic innuit quatuor sunt impedimēta ne verbū dei fructificet in aīa hoīs seminatū. s. societas mundanoz. qz cōculcatū est ab hoībus. puersitas inimicoz. qz volucres celi comederūt illud. ariditas auditoz. quia natum aruit. quia nō habebat humorē. q solicitudo terrenoz quia simul exorte spine suffocauerūt illud. Primū impedimentū est societas mūdanoz. Stare em tota die in plateis vbi audiunt diuersa noua. Stare i foro seu apothecis vbi audiunt diuersa mendacia. Stare in curijs vbi audiunt diuersa furia q decepciones suffocat verbum qđ homo de mane in pdicatione audiuit. Et hoc est qđ hic dr. q illud quod cecidit secus viam conculcatū est ab hoībus ꝛc. Remediū contra hoc est fugere hoīes. Tre.iij. Sedebit solitarius q tacebit. Unde arsenius cogitans quō posset saluari audiuit vocem dicentē sibi. Arseni fuge hoīes si vis saluus fieri. Sen. Quotiens inter hoīes fui minor homo redij. qz sicut bonus hō de bono thesauro suo pfert bonū: vt ipsa veritas dr. Mat.xij. sic malꝰ de malo pfert malū. Sed vt dr.i. Joh.v. Totus mundus in maligno positus est. Et ideo quersans cū mūdanis in mundo nō nisi malum ibi audire potest. Propterea angelus vrit Loth. Gen.xix. Jn monte te saluum fac. Et vxor eius: qz vertit se ad ciuitatem quersa est in statuā salis. vt esset posteris in exemplū cōmonendi oīs qui volunt saluari quatenus ciuitates relinquant. nec vnqz ad eas redire pſumant Esa.lij. Exite de medio eius. q Apoc.xviij Exite de illa populo meus q pticipes ne sitis deliciarum eius. Secundū est impedimentū puersitas inimicoz. quia volucres celi comedebant illud. qđ primo impedimento cōiunctum est. quia ex quo homo nō curat verbum dei recondere in corde sed dimittit: illud discooptum in auribus suis. quod tunc est qū nō facit clausurā auribꝰ suis q a vanis nouis supuenientibus cōculcatur. q tunc volucres celi. i. demones qui in hoc caligino so aere cōmorantur. q per ipm tanqz aues discurrūt. qđ quod volucres celi dicunt rapiunt verbū dei de auribus peccatoz ne credentes saluentur. Ubi nota q demones maxime insidiant verbo dei ꝓpter duo. Primo q sciūt ipm esse virtutis maxime. vt dictum est supra Hebre.iiij. Viuus est sermo dei q efficax q penetrabilior omni gladio ancipiti. q pringens vsqz ad diuisionē aīe q spūs cōpagū quoqz q medullaz. Secundo quia ex eo sunt maxima damna cōsecuti. Nam ad verbū aplōz totū mundū conuertebantur pdiderūt q in ydolis non sunt amplius adorati. sed p verbū dei eoz sunt destructa cultura. Remediū cōtra hoc impedimentū est facere clausurā ostiis sensibus: q abscondere semen verbi in corde p firmā q iugem memoriā. Nam terra q est secus viam debet sepeliri q abscondi. ps. In corde m. ab. elo. t. vt. n. pec. t. Luc.ij. Maria aūt ꝓseruabat oīa. ver. hec conferēs in corde su. In cuius figura mandatū est in lege. Leui.xi. q aīal nō ruminās esset immundum. nec de ipso poterat sacrificium fieri. Est etiam remediū contra hoc signum crucis. Aues em aliquo signo vel formidine arcentur in campis ne comedant semē. ꝓformido autem demonibꝰ est signum crucis Propterea signamus nos cū verbū in predicatiōe audiuimus. Cant.ix. Pone me vt signaculū super cor tuū. Hic cadit exemplum de illo iudeo de quo dr. Gre. q dum veniret romam iacuit de nocte in templo apollinis: q fecit crucem de lapidibꝰ. q lapidauerūt inter eos: q demones de nocte nō fuerūt ausi tangere eum. sed statim visa cruce disparuerūt. Tercium impedimentū est ariditas auditoz: qz natum aruit. Granū nāqz sup lapides seminatum aduenientes estu aret: quia nō habet humorem. ps. Fiat sicut fe.te, qđ pri. cū. euel. era. Sic multi deuote audiūt verbū dei q dum in pace q ꝓspere viuūt deo ꝓfitentur. ps. Confitebitur tibi cū be. fe. e. ꝛc. Sed aliqua tribulatione infirmitatis vel paupertatis: vel alterius aduersitatis aduenientes statim

arent ꝙ per impatientiã frangunt. Sicut enim granũ nõ cognoscitur tempe humiditatis sed ariditatis. scz tẽpore estus. sic tales tẽpore tribulationis cognoscuntur. Sicut essn autũ non bene cognoscitur nisi in camino ignis. sic homo non in ꝓsperitate sed in aduersitate cognoscit. Ecc. ij. In igne ꝓbatur aurum ꝙ argentum. hoies vero in camino humiliationis. Et hoc est qõ sathan d. dño. Job. i. Nũquid iob frustra timet deum? nonne tu vallasti eum ac domũ eius. Et subdit in eodem. c. Emoquin mitte manũ tuam ꝙ tange cuncta que possidet. ꝙ tunc videbis ꝙ in faciem benedicat tibi. Et similiter dixit. ij. c. ꝙ tangeret carnem eius. Remediũ contra hoc est adhere Nõ te crucifixo. qz de ipso tria flumina exeunt totam terram virtualiter irrigantia. s. flumen lacrimarũ aque ꝙ sanguinis. que adhesio fit per fidem spem ꝙ caritatẽ. Nõ esn hoc vicio ꝓtingit nisi ex defectu fidei. spei ꝙ caritatis. Quicũq; esn aridus humectari cupit per has virtutes adhereat crucifixo. vt scz credat dei filiũ ꝓ hoĩm salute in ligno suspensum. speret ꝙ ipm crucifixum salutari. diligat supꝫ omnia tanq; deum ipm filium virginis crucifixũ. Propterea dicit apostus Gal. ij. Christo cõfixus sum cruci. scz ꝓfidẽ veram spem ꝙ caritatẽ. ¶ Quartũ impedimentũ est solicitudo terrenoꝝ qz simul exorte spine suffocauerũt illud. Non enim potest dei verbum in hominibus solicitis terrenoꝝ fructificare: quia verbum dei nisi attente ꝙ ꝓfunde audiatur. nõ germinat in anima peccatoris. Sed tales nõ possunt attente ꝙ ꝓfunde recipere verbum dei. Cuius ratio est. quia vt di. Aug. Ẽnima magis est vbi amat q; vbi animat. Et quia tales nimis amant diuitias. ideo magis sunt extra circa diuitias cõgregendas ꝙ custodiendas q; in ecclesia vbi audiũt verbum dei. quia vt dicit Matx. v. Vbi est thesaurus tuus. ibi est ꝙ cor tuum. Hic cadit exemplum d quodam domino ꝙ eius seruo. Qui dominus dum esz in ecclesia diebus dominicis: non videbatur a clericis hoĩes incensante. ꝙ ideo nõ prebebat ei incensum ꝙ eius seruus nõ stabat ibi. ꝙ tamen ab eodem clerico videbatur ibidez ꝙ ideo incensabat: vbi ipsum conspiciebat. Et postea dominus ꝓfitebatur ꝙ nunq; in ecclesia mente stabat. ꝙ semper eius seruus diebus dominicis ibi mẽtaliter stabat. q; cum pecoribus foris esset quod deus requirit. In cuius figura mandatũ est in lege. Leuit. iij. ꝙ totus adeps interior semp offertur deo in sacrificiũ: quia deꝰ pater totam ĩtentionẽ hoĩs in ꝓdicatione ꝙ in omnibus bonis q; facit requirit. Prouer. xxij. Prebe fo. mi. cor tuũ. m. Si enim omnis ars ꝙ que homo facit requirit totũ hominẽ. multomagis deus. Remedium contra hoc est considerare multiplices diuitiaꝝ defectus. nam nõ satiant sed sitim immittũt. Item frequenter sunt causa ꝓditionis corporis ꝙ anime. Eccls. v. Vidi aliud malum sub sole. diuitie congregate in malum dñi sui. Item in magna necessitate scz in morte hominẽ derelinquũt. Debemus etiam dei bonitatem considerare q; omnibus ꝓpiet etiam inanimatis ꝙ irrationabilibus creaturis. Matth. vi. Nolite ergo soliciti esse dicẽtes. Cur ergo ira solicitamur vbi ita parua vtilitas ꝙ fructus tam exilis reperit. Eccls. v. Qui amat diuitias fructũ non capiet ex ipsis. Multa enim incõmoda ꝙ nocumenta maxima inde ꝓueniũt. vt infra patebit. Et sic patet de tribus ꝓbo seminis que ꝓduntur. Quarta aũt pars seminis cecidit in terram bonã. id est in corda bonoꝝ fidelium. que sunt parata ꝙ laborata ꝓ bonoꝝ operꝫ exercitationẽ sũt purgata a malis herbis peccatoꝝ per frequentem confessionem sunt humectata ꝓ spũssancti inhabitationẽ qui lacrimis humida facit corda. ꝙ sunt impinguata ꝓ virtutum infusionem. qui verbum dei deuote ꝙ reuerenter audiunt. ꝙ ideo in ipsis affert fructum centuplũ. i. multũ fructũ ꝙ perfectum. Centenarius esn numerus perfectionem designat. quia vltra ipm nõ itur. Et quia constat ex decies. x. Denarius eĩ numerus similiter perfectionẽ designat. ꝙ sic decem ꝓies centum omnes sunt perfecte. Matth. aũt. xiij. dr. Et attulit fructum aliud centesimũ: aliud sexagesimũ: aliud tricesimũ. vt sicut semen perditum triphariam est diuisum. ita semẽ fructificans tripliciter diuiditur. Boni enim fideles in triplici statu considerantur. Nam quidã

apparuit sibi in specie cuiusdam vñe. q̃ mõ sese ad mensuram .ois cohibebat. mõ summi cacuminis vñice celum tangere videbatur. q̃ vum caput altius extulisset ipsum eẽ celum penetrabat. ℣ Per humilitatẽ eñ sapientia ad mensuram hoĩm se restringit. ⁊ per superbiam caput extollit. ℣ Octauum est qz recupat caritatem ⁊ nutrit eaz Gre. Sola vtus hũilitatis ẽ repatio caritatis lese. Crisõ. Nutrix dilectionis est humilitas mater odij est superbia. Humilitas eñ facẽ hoĩem subire sacramenta ecclesie per q̃ caritas amissa ⁊ lesa repatur. Sic repauit eaz paulus qui ait. Act. ix. Dñe quid me vis facere? ⁊ surgens baptisatus est. ℣ Nonũ ẽ q̃ pseruat anime bona Gre. Perit omne q̃ agit si non solicite in humilitate custoditur Idẽ. Qui sine hũilitate ceteras virtutes ꝓgregat quasi puluerez in ventũ portat. Aug. Cogitas magnam fabricã construere celsitudinis. de fundamento cogita hũilitatis. Hũilitas enim est dom⁹ dei in qua deus manet In domo aũt dei sic in domo pseruant Aug. Excelsus es dñe ⁊ humiles corde sunt dom⁹ tue. Ideo in demonibꝫ ⁊ primis parentibꝫ bona gratie nõ sunt pseruata, qz in humilitate non manserunt. ℣ Decimum ẽ qz facit hominẽ pacifice cõuersari. qz sicut inter superbos sp iurgia sũt. vt dr. Prouer. xiij. Sic per locũ a ptrarijs inter hũiles est ipsa sancta pax. ⁊ per cõsequens nihil ita facit hoĩem deo ⁊ hominibꝫ placere sicut humilitas Piero. Nihil ẽ q̃ ita nos deo ⁊ hoĩbꝫ gratos faciat q̃z si merito magni humilitate sim⁹ infimi. Ber. In alto nõ altum sapere sed humilibꝫ psentire nihil deo carius et rarius apud homines. ℣ Undecimũ est qz facit hominem vincere dyabolum ⁊ eius figmenta Unde in vitas patrum legit q̃ dyabolus dixit scõ macario Sola hũilitas tua me vincit Humilitas enim dyabolo ptrariatur directe. nihil aũt destruitur nisi p suum ptrariũ. vt ignis per aquam ⁊ tenebre p lucẽ ℣ Duodecimũ est qz ducit hominem ad gloriã celi. Job. xxij. c. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Matb. xviij. Nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut parulꝰ non intrabitis in regnum celorũ Humilitas eñ facit deum habitare in anima qui est vita beata animaz sanctaz vt dicit aug. Ad quam nos pducat dñs noster iesus xp̃s marie filius cum patre et spiritu sancto vn⁹ de⁹ in trinitate pfecta p infinita secula seculoz Amen.

℣ Pñica resurrectionis domini nostri iesu xp̃i de euangelio. Sermo xlv.

Maria magdalena ⁊ maria iacobi ⁊ salome emerunt aromata vt veniẽtes vngerent iesum Mar. xvi. In euangelio hodierno quatuor notanẽt. Primum est mulierꝫ obsequium ⁊ deuotio oposita. In principio euãgelium ⁊ deuotio opposita. Secundum ẽ angelorꝫ ministerium ⁊ apparitio gloriosa ibi. Et introeuntes in monumentũ viderunt in dextris iuuenem sedentem coopertũ stola candida. Tertiũ est angelicum colloquiũ ⁊ resurrectionis xp̃i affirmatio seriosa ibi Qui dixit illis. Nolite expauescere Jesũ queritis nazarenũ crucifixum Surrexit non ẽ hic. Quartum ẽ promulgãdo de resurrectionis mandatũ ⁊ iussio fructuosa ibi. Sed ite dicite discipulis eius et petro. sup. qz dñs surrexit. qz precedet vos in galileam ℣ Primo ergo ponitur istaz mulierꝫ obsequium ⁊ deuotio opposita. qz valde mane surrexerũt. ⁊ cum vnguentis aromaticis ad sepulcrũ venerunt vt vngerẽt corpus iesu. Circa hoc primum membꝫ quatuor psideranda occurrunt. Primo de diuersitate euangelistarꝫ. Secundo de grauitate eorꝫ que in resurrectione legunt. Tertio de commendatione istaz mulierꝫ. Quarto de moralitate ⁊ significatione earꝫ Circa primum. s. differentiã euangelistarũ notat q̃ matheus vnum angelũ dicit apparuisse mulieribꝫ istis Ait enim Angelus dñi de ce. Idem dicit mar. vt hic patet qz vidit de ce. Idem dicit mar. vt hic patet qz viderunt iuuenẽ sedentem a dextris. Johannes vo ⁊ lucas scribunt fuisse duos angelos in albis sedentes Ait enim iohannes, vidit duos ãgelos in albis sedẽtes. vnũ ad caput ⁊ vnum ad pedes. Lucas vo ait. Ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Ad qđ dicendum q̃ in reuerita te duo fuerunt vel plures. vt io. et lu. scribunt. Ideo matheus et marcus vnum angelum fuisse scribunt. Frez iohannes videtur dicere q̃

dñe iste non intrauerunt monumentū Ait
eñ. Dum ergo fleret inclinauit se et pspexit
in monumentū. Marcus aūt et omnes alij
dicunt q intrauerunt. Ait eñ marc⁹. Et in
troeuntes in monumentū Ad qđ dicendū
q accipiendo ꝑprie monumentuz. s. ꝑ illo
lapide magno in q̄ corpus xp̄i sepultū fuit
non intrauerunt vt iob. dicit. Sed accipi
endo large sepulcr ꝑ quodaz circuitu mu
rato circa sepulcr. sic intrauerit vt dic̄ mar.
et alij euangeliste. Itez lucas dicit q ange
li stabant. Ait eñ. Ecce duo viri steterunt
secus illas. Johes vo dicit q angeli sede
bant. Ait eñ iohes. Vidit duos angelos
in albis sedentes. Ad qđ dicendū q ange
li sedebant vt iob. scribit. sed ad aduentuz
dñaz surrexerūt. qđ lucas scribit Itē mar
cus dicit. Maria magdalene et maria iaco
bi. s. mater et salome. s. filia et mater filiozuz
zebedei due sozores vginis marie. Lucas
aūt dicit. Erat aūt maria magdalene et io
banna. et maria iacobi. q̄ iohanna fuit vxoz
cuze ꝓcuratoris herodis. Ad qđ dicendū
q multe alie dñe venerunt cum istis tribo
marijs ad monumentū ad corpus xp̄i vn
guendū vt lucas scribit. inter quas fuit io
banna predicta. Sz q tres marie fuerunt
principales. iō solum ipse nominant a mar
co. Quia vo predicta iohanna venerabil
dña erat. iō etiam ipsa a luca nominat vt
dictum ē. Itez marcus di. q iste due dñe
venerunt de mane. vt in hoc euangelio pa
ret. Matheus aūt dicit sic. Vespe aūt sab
bati venit maria magdalene et alia maria vi
dere sepulcr. Ad qđ dicendum q iste dñe
feria sexta sepulto dño notauerūt sepulcr.
vt mat. pnl. c. Et redeuntes hierm paue
runt aromata et vnguenta preciosa q̄ habe
bant ꝑseruare corp⁹ fetore et facere ipm re
quiescere Sabbato aūt ꝑm mandatum legis
Prima aūt sabbati q̄ modo est dñica. val
de tempestiue. qđ iohannes dic̄ qđ fuit añ
lucē. Idem dicit lucas. Marcus aūt dicit
q q̄n iam puenerunt ad sepulcr erat ortus
sol. i. illa ps orientis vbi sol oritur incipie
bat albescere. qđ est signuz q sol sit ort⁹ qđ
vocat diluculū qđ est mediū inter diem et
noctem in q̄ xp̄s resurrexit. ps. Exurgaz di
luculo. Qđ ergo iohes et lucas dicunt. añ
lucem et cum tenebre essent. marcus deter
minat et dicit. Valde mane q̄n sol incipie
bat albescere. illam partem orientis. qđ di
luculum nominat et videt adhuc nox. Sic
ergo iste dñe ante diez surrexerunt. et cum
iam pueniss̄ent ad sepulcr erat diluculum
q aūt matheus dic̄ sic est intelligendū ꝑm
aug. qui dicit q matheus nomine vespe no
ctē significat a pte totuz denominans. Est
eñ ibi synodoches. Est eñ sensus. Vespe
autem sabbati. i. nocte sabbati. q̄ lucescit in
prima sabbati. i. terminat ad primam diez
sabbati q̄ modo est dñica. venit maria mag
dalene. Judei enim omnem diem vocant
sabbatuz. s. prima sabbati. secunda sabbati
et sic de alijs. Romani vo vocabant dies a
planetis. s. diem solis a sole. diez lune a lu
na. diem martis. a marte. et sic d̄, alijs. quos
etiam vsq̄ mō nos sequimur excepto q di
em solis vocam⁹ dñicaz. Ecclesia aūt vocat
dies ferias, vt feria secunda. feria tercia fe
ria quarta et sic de alijs preter sabbatū et do
minicam die. Et sic patz differentia euāge
listaz. Circa. ij. s. ꝑgruitatem eoz q̄ in re
surrectione legunt nota quattuor. Pri
mū q ꝑgruuz fuit et decens ipsum mane sur
gere et diluculo. qz eius resurrectio noctez
mortis insimul terminauit. et diem gē et
glorie inchoauit. et iō a resurrectione xp̄i et
citra nox precedit diez. sed primo dies no
ctē precedebat. qz omnia inceperunt a die
gē. et terminata sunt ad noctem culpe. mū
dus ec̄ a die incepit et desijt in noctē Gen̄.
i. c. Factum ē vespe et mane dies vnus. In
resurrectione aūt xp̄i omnia de tenebris ad
lucem transierunt ad gloriam peruentura.
Secundo ꝑgruū fuit tercia die resurge
re ad ostendendū q ꝑ sicut in ternario nume
ro omnia de⁹ ꝑfecit. ita in xp̄i resurrectione
oia deus ꝑfecit. vel fuerunt ꝑfecta et de imp
fectione ad ꝑfectionē deducta. Nam in tri
nitate deus ē ꝑfectus. Numerus ec̄ angelo
rum ternario yerarchiaz et ordinū ē ꝑfect⁹
et ꝑstitut⁹. Totum ec̄ vniuersum tres ptes
ptinet ex quibz ꝑficit et ꝑpletur. s. celū mū
dum et infernū. Celum ec̄ in tria diuidit. s.
celū empireū cristallinū. et sidereū. Infer
nus similiter diuidit in tres dom⁹. s. infer
nū purgatoriū et limbū pueroz. Item oīs
creatura in tria diuidit. qz aut ē pure spūal

vt angelus. aut pure corpalis. vt elemēta. aut ex vtroq; cōposita vt hō. Item aīa hz tres potēias. ad sui pfectionē. s. intellectuz voluntatem ꝛ memoriam. ꝛ p tres vtutes facto iungit deo. s. per fidem spem ꝛ caritatē Similiter omne corp⁹ ꝓsistit in tribo. s. lōgo lato ꝛ pfundo. Itē omne tps in tria diuiditur. s. in pīs. preteritum ꝛ futuꝝ. Itez pnīa p quam anima repat ad vitaz in tribo ꝓsistit. s. in ꝓtritione cordis. ꝓfessione oris. ꝛ satisfactione op⁹is. Cum igitur oīm perfectio in ternario numero ꝓsistit ꝛ oīa fuerint per pcīm deordinata. decens fuit q̄ xp̄i resurrectio in ternario pficeret. cum p ipsam oīa sint reordinata ꝛ ad pfectionē reducta. Nam p ipsam de⁹ ē glorificatus. angelica natura repata ꝛ restaurata. humana vo natura ē exaltata ꝛ reintegrata. ꝛ breuiter omnis creatura renouabit ꝛ liberabit a fuitute corruptionis p xp̄i resurrectionem Propter q̄d dī. ap̄ls ad. Ro. viij. Nd̄ omnis creatura ingemiscit ꝛ pturit vsq; adhuc expectans redemptionem filtoꝝ dei. Et ideo xp̄i resurrectio debuit in ternario perpetrari p quem oīm pfectio designat. Cūm enaz p̄bs dicit q̄ per hunc numeꝝ. s. ternarium adhibuim⁹ nos magnificare deum omnipotentē supereminentē. ꝓprietatibo rez creaturarū. Tercio ꝓgruū fuit vt in resurrectione xp̄i tria simul ꝓcurrerent. s. xp̄s resurgens ꝛ hūanaz naturam liberans. angelus resurrectionem affirmans. ꝛ mulier nunciuz bonum portans. Nam in pditione hūane nature tria p ꝓtrarium fuerūt. s. dyabolus suggerens. mulier nuncians viro. ꝛ vir comedens ꝛ naturā hūanaz corrumpens. Quia ergo xp̄s in sua resurrectione hūanaz naturam repauit ꝓgruū fuit q̄ ibi fuerit xp̄s hō resurgens ꝛ naturam hūanaz liberans. ꝛ angelus bonam resurrectionē affirmans. et femina sancta nunciuz ferens. q̄ oīs curatio fit per ꝓtrariū. q̄ autoritate medicoꝝ. ꝓtraria ꝓtrarijs curant ¶ Quarto ꝓgruū fuit vt hodie xp̄s quilibet quilibet appareret. q̄s quilibet vices sacerdos i missa quinquies se ostens ad pl̄m representat. Primo eīm apparuit marie magdalene ad sepulcz remanenti et flenti. Jo. xx. Secundo ipsi et alijs dñabo redeūnbo a sepulcro vt patz. Math. xxviij Circa q̄d intelligendū nota q̄ aut ex euangelistis colligit ꝛ vt aug. di. de ꝓsensu euāgelistaꝝ. maria magdalena ꝛ alie marie bis viderunt angelos. ꝛ eis locute sunt. Primo eīs venerunt tempestiue ad monumentum ꝛ viderunt duos angelos ꝛ statim cucurrerūt discipulis nunciare. vt di. marie us ꝛ mar. Secūdo q̄n cum discipul' redierunt ad monumentū ꝛ tunc recedentibo discipulis angeli iterꝝ eis locuti sunt vt di. lu. et io. Similiter iesus appuit bis mulierbo primo marie mag. q̄n secunda vice vit ad monumentū cum alijs marijs ꝛ aplis. ꝛ recedentibo apostolis ꝛ alijs marijs ipsa remāsit ad monumentū fozis plozans ꝛ vidit ie sum in specie ozulani. vt dē Jo. xx. Secūdo magdalene ꝛ alijs marijs recedentibus secundo a sepulcro q̄n accesserunt et tenuerunt pedes eius. vt di. math. Maria enim magdalena postq̄ vidit iesum in specie ozulani cucurrit post alias marias ꝛ inuenit eas in via. ꝛ dum essent oēs simul iesus apparuit eis vt dictū est. Tercio petro sed nō scitur vbi. Lu. xxiiij. Et hoc signat sacerdos dū vult se ad pl̄m ꝛ nō dicit dñs vobiscū. sed silenter ꝛ plane dic̄. ozate p me. Quarto duobz discipulis euntibo in emaus. Luce. xxiiij. Quinto oībo discipulis in absentia thome Jo. xx. Et signat q̄ quilibet debemus hodie ꝛ in omni die dñica apparere. ꝛ in prima in qua missa celebrat. in tercia in nona. in vespis ꝛ in ꝓpletorio ad regratiandum deo p quinq; maximis beneficijs q̄a deo recepim⁹. ¶ Primo g̃ debem⁹ deo regratiari p bono nature. q̄ nos ad imaginem suam creauit. ꝛ hoc signat pīa. Secūdo p bono fortune. q̄ tam diligenter nos gubernat ꝛ regit vt oīa pdib⁹ nostris subiecerit. ꝛ hoc signat tercia. Tercio p bono gratie. q̄ ita carissime nos redemit. ꝛ hoc signat nona. quia in nona xp̄s mortuus fuit Quarto p bono glozie. q̄ in fine vite nobis dare eternam glozīā paratus ē. ꝛ hoc signant vespere. Quinto p bono resurrectionis gloziose. q̄ in fine seculi resuscitabit nos amplius mozituros. ꝛ hoc signat cōpletorium vltra q̄d amplius nihil extat. ¶ Circa tercium. s. circa ꝓmendationez istaꝝ dñarum nota q̄ iste dñe a sex salubriter ꝓmendant ¶ Primo a xa amicicia. q̄ in vita sanctorum bant xp̄m ministrantes ei de facultatibus

suis ⁊ in morte fuerunt iuxta crucem. ⁊ post mortem uenerunt ad sepulcr eius corp⁹ unguere cupientes. Prouer. xvij. Omni tpe diligit qui amicus ē. Amicicia mundi ē solum in vita ⁊ solū circa ꝓspera ꝓsistit. Ecc̄i vi. Est amicus socius mense ⁊ non ꝑmanz in tpe necessitatis ¶ Secundo cōmendantur ab eximia religione. qz cum tm̄ diligerent xp̄m tam in vita q̄z in morte tm̄ ꝓpter custodiam sabbati non mouerunt se a hierusalem in sabbato sancto. vt legez dn̄i custodirent. Vade ⁊ tu fac similiter vt ꝓpter nullius timorem vel amorem p̄tereas legē dei. Sed deu hodie. qz ꝓpter vnum denarium lex dn̄i p̄teriit ⁊ plus timet ⁊ amatur hō q̄z deus ¶ Tercio ꝓmendant a solicitudine magna. qz valde mane surrexerunt ad corpus dn̄i reuisenduz ⁊ inungendū. Sic nos tempestiue ad corpus xp̄i videndum surgere debem⁹. ps. Surgite postq̄z sederitis q̄ manducatis panem doloris Epḥe. v. Surge qui dormis ⁊ exurge a mortuis ⁊ illuminabit te xp̄s Mich. vi. Indicabo tibi o hō quid sit bonum et quid dn̄s requirat a te. nisi facere iudiciū et diligere misericordiam ⁊ solicitū ambulare cum deo tuo. ¶ Quarto ꝓmendantur ab honestate mutua. qz nō vna sola sed multe simul iuerūt. Eccl. iiij. Ve soli qz cum ceciderit non hz subleuantem se. Quia susanna mansit ī pudicicio sola. fuit cōfusa ⁊ ꝓdēnata ad mortē Nunq̄z mulier alicuius valoris sola inter cedere vel stare deberet. ¶ Quinto cōmendant ab intentione recta. qz iuerunt vngere iesum. Jesum em̄ inungim⁹. qñ in bonis operibz q̄ exercem⁹ bonam intentionem habemus vt. s. ea faciam⁹ ad dei honorem ⁊ ꝓximi edificationē. Matḥ. vi. Tu a ūt cum ieiunas vnge caput tuum. i. xp̄m. Propterea ille quinq̄z v̄gines non intrauerūt ad nuptias qz non habuerunt oleum in lāpadibz. i. bonaz intentionem in opib⁹. Ut dicit aug. Et iō lampades eaz sunt extincte. qz ignis spūs sancti non p̄t ardere in operib⁹ mala intentione factis. Bona g̈ intentione debem⁹ ad ecclesiam ire. s. vt vngam⁹ corpus iesu ⁊ non vt videamus vel videamur sicut multi ⁊ multe faciunt. ¶ Tercio cōmendant a locutione honesta. qz nō vana nec detractoria loquebant. sed dicebāt.

Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumenti vt. s. possim⁹ vngere corpus iesu. Quicunq̄z enim loquitur de deo, de⁹ est cū eo. Matḥ. xviij. Ubi duo vel tres ꝓgregati fuerint in nomine meo ibi sum ego ī medio eoz Quia hodie duo discipuli loquebant de iesu apparuit illis iesus. Lu. xxiij. Et qz iste dñe loquebant de amotione lapidis vt vngerent corpus iesu apparuit illi angelus ⁊ compleuit desiderium eaz lapidem amouendo. Prouer. x. Desideriū tuum iustis dabit Loquamur et nos de iesu vt amoueat lapidem. i. duriciez a corde nostro. vt possim⁹ vngere corpus iesu. i. opa pietatis in christi membra exercere Matḥ. xxj. Q̄d uni ex minimis meis fecistis mihi. ¶ Circa quartum. s. circa significationē istaz dominaz nota q̄ tres marie tres amaritudines signant. quas hō querens xp̄m debet habere Maria enim interpretat amarum mare. Prima amaritudo debet eē de peccatis cōmissis. Secunda de bonis ꝓditis. Tercia de pēnis incursis. qz priuat⁹ est eterna hereditate. ⁊ eternis supplicijs ōpu tatis. Vel debet habere tres amaritudines. scz de peccatis cogitatis locutis ⁊ operatis ¶ Tres pixides signant trinitatem trine substantie q̄ fuit in christo. s. anima corpus et deitas. in quib⁹ fides nostra ꝓsistit. quaz querens deū habere debet in pixide cordis sui. ⁊ debet eum portare tanq̄z pixidē. ī manibz qz debet eam ꝓpera manifestare. Ja. ij. Ostende mihi fidem tuam sine operib⁹. et ego ostendam tibi fidem meam ex opib⁹ ¶ Tria vnguenta in pixidibus significant tres amores q̄s querens deum debet habere secum. Prim⁹ est amor dei qui p amorē marie magdalene significat. que maxime ⁊ sup omnia deum dilexit Secund⁹ ē amor proprie salutis. qui p vnguentum marie iacobi designat. qui tunc est qñ anima regit corp⁹ ⁊ mundum supplantat ⁊ vicia ⁊ peccata. Jacob enim supplantator dr. Tercius est amor ꝓximi qui p vnguentū marie salome designatur. qui tunc est qñ hō habz cor amaz in miserijs peccatoz ⁊ proximorum. Salum enim idem est q̄ amaz vel amaritudo. ij. Coz. x. Quis infirmat ⁊ ego non infirmor. quis scandalisatur ⁊ ego nō vror. Vel tria vnguenta sunt fides spes ⁊ caritas

quibꝫ dñs oleo leticie ꝛ oñi gratia vnctus ꝓiungitur aie. ꝛ ipsam eodem oleo leticie ꝛ omnis gre ꝛ virtutis vngit. Qui ergo vult videre xpm resuscitatū ꝛ glorioſuꝫ hec oīa ferat secum sed nō querat eum in sepulcro. qz ibi non fuit inuentus. Lu. xxiiij. Quid q̄ vitis viuentē cum mortuis Sepulcz deal batum ē mundus iste. qui aſſoris ſpecioſus apparet sed intus ē plen⁹ ossibꝫ pungitiuis ꝛ oñi spurcicia. Recedam⁹ ergo de sepul/cro mundi ꝛ xps occurret nobis sicut istis mulieribꝫ fugientibꝫ de sepulcro occurrit ꝛ dixit. Auete. Matb. xxviij. Que tunc ac/cesserunt ꝛ tenuerunt pedes ei⁹. Et sic pa/tet primū ¶ Secundo ponit angelorꝫ mi/nisterium ꝛ apparitio glorioſa. qz introeun/tes in monumentū. i. in ambitū muratum circa sepulcz. viderūt iuuenem sedentē su/per sepulcz ad dextram partez coopertum stola candida ¶ In quibꝫ vbis quattuor notant. ¶ Primo essi etas resurgentium designat. qz angeli in etate iuuenili a ppa/ruerunt in qua xps resurrexit. in qua etiam omnes resurgem⁹. Epbe. iiij. Donec occur/ramus oēs in vir perfectū in mensurā eta/tis plenitudinis xpi ¶ Secundo designat pennis glozia resurgentium qz sedentez in dextris viderunt p dextram aūt beata futu/ra vita. p sinistram aūt pñs seculū designa/tur ¶ Tercio designat claritas corpm glo/rioſoz qz in veste fulgenti et stola candida coopertū iuuenē viderunt. q̄ vestis fulgēs ꝛ stola candida. nihil aliud fuit nisi quidaꝫ fulgor glorie ꝛ claritas luminis. Ex abun/dantia essi glorie anime redundabit quidā splendor in corp⁹ sole clarior ꝛ delectabilis ad videndum. Matb. xiij. Fulgebunt iu/sti sic sol ꝛc. ¶ Quarto designat differen/tia resurgentiū. qz vt di. matb. erat aūt aspe/ctus ei⁹ sic fulgor. ꝛ vestimentuꝫ eius sicut nix. xps essi glorioſus ꝛ splendēs apparebit iustis ꝛ bonis in iudicio, malis aūt terribil ꝛ formidoloſus ꝓpter qđ dicent montibus opite nos a facie ire agni sedentis ī throno Apoc. iiij. Et sic patet secundum ¶ Tercio ponit angelicū colloquiū. et resurrectionis affirmatio serioſa. In colloqo aūt magna clemencia demonstrat. Et hoc est qđ dixit. Nolite expauescere ſz iudei timeant. Vos autem q̄ fertis. vngenta precioſa. s. virtutes ꝛ opa bona que xpo in vita ꝛ in morte obse/cute fuistis. q̄ veraciter ipm queritis ꝛ de/uote. nolite timere. qz timor nō est in carita/te. sed pfecta caritas foris mittit timorez. i. te. sed pfecta caritas foris mittit timorez. i. Jo. iiij. Vos aūt perfectaz caritatē ad xpm habentes. ꝛ iō nolite timere. Sed timeāt iu/dei qui xpm occiderunt. timeāt pagani q̄ ipsum non credunt. timeant mali xpiani q̄ ipm quotidie factis negant ꝛ ipsum iterum crucifigunt. Vos aūt q̄ queritis iesum na/zarenum. i. saluatorez floridū oñi flore vir/tutum. iesus essi saluator nazaren⁹ floridus interpretat. crucifixum p salute hoim. noli te timere. In affirmatione vero resurrectio/nis firma vitas eluceſcit. qz surrexit non ē hic. Ubi duo ꝓsideranda occurrunt. s. re/surrectionis ꝓbatio ꝛ resurrectionis mod⁹. ¶ Circa primū. s. resurrectionis ꝓbationē dupliciter ꝓcedam⁹. Primo infringamus rationē iudeoꝝ ꝛ dictum q̄ dicunt p vigi/li custodibꝫ dormientibꝫ furati sunt cor/pus xpi. ꝛ dixerunt ipsuꝫ resurrexisse, ꝛ hic error vsqz in pñs marcescit in cordibus iu/deoꝝ. qui error habuit ortum vt patz ma/thei vl. ex eo q̄ custodes sepuleri dñi dio/mane surgente exterriti sunt valde et facti sūt velut mortui p timore tremoris ꝛ aspec⁹ angelorꝫ qui ibi apparuerunt. ꝛ fugiētes ad ciuitatē ꝛ redeuntes hierlm inuenerūt prin/cipes sacerdotuꝫ ꝛ pharisēos quibꝫ eis q̄ cō/tigerunt dixerunt. xpm surrexisse affirman/tes. Sacerdotes aūt ꝛ pharisei ꝓsilio ha/bito magnam pecuniam predictis custodi/bus sunt largiti. rogantes eos q̄ dicerēt q̄ dormientibꝫ eis venerunt discipuli ꝛ corp⁹ xpi furati sunt. Custodes aūt corrupti pe/cunia sic dixerunt in pplo vulgantes pre/dictum errorem. Hoc autem apparet falsū dupliciter. Primo qz aut custodes dormie/bant. aut non. Si dormierunt quō hoc sci/re potuerunt. Si non dormiebant quō cū custodes erant armati permiserunt appro/pinquare tam viles et tremebundi/los qui erant persone viles et tremebundi/ rapere corpus iesu. Certe non est verisimi/le nec credibile. Secūdo quia si discipuli fuissent furati corpus xpi non traxissent mo/ram ad dispoliandū ipsum. ſz subito aspe/ctassent. Quis latro inueniens saccum ple/num pānis poneret se ad dissoluendum sac/cum. Sed linteamina quibꝫ christi corp⁹

fuit involutum in sepulcro postea inuenta fuerunt. Et ideo hec fictio est valde irrationabilis. Sed vt dictum est iudei corruperunt custodes pecunia et eis sic loqui persuaserunt. Sed stulti iudei magis apparens et credibile mendacium fingere debuerunt.

¶ Secundo iudeorum fictione exclusa christi resurrectionem probemus. et hoc quinq; modis scz per scripturas. per testimonium per rationes. per figuras et per exempla naturalia Omnibus istis modis christi resurrectio conuenienter probatur. ¶ Primo ergo probatur per scripturam noui et ve. te. quā impossibile est esse falsam vtpote a spiritu sancto dictatam. ps. Ego dor. et sopor atus sum et exurrexi. Idem. Exurgam diluculo Bonum autem testamentum totum ē plenum christi resurrectione quia et euangelia et epistole hoc affirmant ¶ Secundo probatur per testimonium. qđ fuit triplex scīli cet celeste terrestre et infernale. Celeste fuit testimonium angelorum dicentium. Surrexit nō est hic. Qui apparuerunt in veste glorie ad ostendendum q̄ gloriose resurrexerat. Terrestre fuit triplex scz testimoniuz sanctarum dominarum et aliaꝝ multarum. Luce. xxiij. Mulieres quedam ex nostris terruerunt nos tc. qui dicunt eum viuere Militum pilati qui semiviui ceciderunt in terram et fugientes dixerunt quia surrexit. Matthei vltimo. Ecce quidaz de custodibus venerunt in ciuitatem. et nunciauerunt principibus sacerdotum omnia que facta fuerāt. Et religiosorum apostoloruz quorum testimonium certissimum fuit quia fuit de visu et de tactu et de gustu. Luce. xxiiij. Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet. Act. x. Dedit eum manifestum fieri non omni populo. sed testibus preordinatis a deo nobis qui manducauim⁹ et bibimus cum illo postq̄ resurrexit a mortuis Inferiale testimonium fuit multorum qui cum christo resurrexerunt Matthei. xxvij. Multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt et apparuerunt multis. ¶ Tercio resurrectio christi potest p rationes probari ¶ Et possunt ad hoc adduci duodecim rationes ¶ Prima est ex parte iusticie dei que ē q̄ qui non peccat non puniatur sed christus i corpore suo nunq̄ peccauit imo multū valde meruit nec in ipso fuit concupiscētia mali ad malum inclinans sed originalis iustitia et innocentia pura. ergo id corpus nō debuit per putrefactionem puniri sed p resurrectionis gloriam premiari. ps. Nō dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et si ad horam gustauit mortem. hoc fecit ꝓpter scelus humanum vt nos redimeret ab eo. Esa. liij. Propter scelus populi mei percussi eum. ¶ Secunda ē ex pte sapientie dei cuius est ordinare omnia et nihil inordinatuz relinquere in mundo. sed omnis pars ordinat in suo toto et extra ipsū inordinata manet. Partes autem hominis sunt anima et corpus. ergo anima christi debuit corpori reuniri. facta redemptione humana propt quam fuerat a corpore separata ¶ Tercia est ex largitate et magnificentia dei ad quā spectat omnibus a se creatis tribuere omnez perfectionem et omne bonum qđ ꝑm naturam suam eis competit et recipere possunt. Ja. i. Qui dat omnibus affluenter. Sed corpus christi poterat recipere gloriam resurrectionis cum fuerat habitaculum dei qđ magis fuit. ac etiam ei ꝑm naturam resurrectionis gloria debebatur. qr corpus fuit glorioſi dī Unde ab instanti conceptionis sibi gloria debebat. et qđ ad tempus ea caruit deus dispensatiue fecit. ergo debuit per resurrectionis gloriam sublimari. ¶ Quarta ē a maioritatis decentia quia qui habet maius et principale debet habere minus et accessoriū vt qui habet equum debet habere frenum et vir qui habet vxorem debet habere bona eius sed corpus illud semper habebat deum q̄ omnibus maior est. quia deitas nunq̄ fuit nec a corpore nec ab anima separata ergo illud corpus debebat habere gloriam que dei est ꝑm qđ ipsum capere poterat. hec autem est gloria resurrectionis ¶ Quinta est ab anime inflāmatiuo vt inflāmemur et accendamur ad bene agendum. Nam assueti corporalibus magis diligim⁹ corporalia bona Gloria autem corporis bonum corporale ē quādum in xpi corpore speculamur que etiā nobis promittitur. iuxta illud. Phil. iij. Saluatorem expectam⁹ dominum nostrum ie sum christuz qui reformabit corpus humilitatis nostre ꝓfiguratum corpori claritatis sue. magis accendimur ad bene operanduz

Si eñ gloziam coꝛpoꝛis in nullo ꝓspicere
mus, caderet spes nra de tali premio despe
rantes tepidi ⁊ remissi effecti. Quia vt di.
gre. Cõsideratio pmij minuit vim flagelli.
¶ Sexta vt naturale desiderium ꝓpleaꝫ.
qđ frustrari non pt. eo q ostenderet imper
fectionem eternitatis dei. sed naturale desi
derium inest anime coꝛpi reuniri ⁊ insimul
cũ eo glorificari ꝑut. Prouer. x. dicit. De
siderium suũ dabit iustis. g coꝛpus debuit
reuniri aĩe ⁊ cum ea gloria potiri ⁊ eius vir
tute omnia alia coꝛpa suis animabꝰ reuniẽ
tur. qꝛ vt poꝛbat apo. i. Coꝛ. xv. Christi re
surrectio est cã nre resurrectionis ⁊ si xps re
surrexit ⁊ nos resurgem⁹ cantat eñ ecclesia
moꝛtem nram moriendo destruxit ⁊ vitam
resurgendo repauit ¶ Septima ẽ a virtute
supernaturali que fuit in christo qui maio
rem virtutẽ habuit ad viuificandũ q̃ adã
ad moꝛtificandum vt dicit apostolus ad
Roma. ij. Sed adam transmisit moꝛtez in
se ⁊ in oẽs posteros. g multomagis xps su
scitauit se ⁊ omnes alios ꝑ virtutem sue po
tentie. i. Coꝛ. xv. Sicut in adam oẽs moꝛi
untur. ita et in xpo omnes viuificabuntur.
¶ Octaua est a xpi humilitate. Lex enim
dei hoc sanxit vt qui se magis hũiliat maxi
me exaltet. Est eñ humilitas regula exal
tationis vt supra in ꝓcedenti dñica ẽ nota
tum in ꝓmone de epla ⁊ econuerso de sup
bia. Luce. xiiij. Omis qui se hũiliat exalta
bitur ⁊ omnis q̃ se exaltat humiliabit. Sic
xps maxime ⁊ in supremo gradu se hũilia
uit. g summe debuit exaltari. qđ ꝑ resurre
ctionem factũ est. qꝛ nisi resurrexisset non
fuisset summe exaltatus. nam magis est in
anima ⁊ in coꝛpe exaltari ⁊ glorificari q̃ in
anima solum. Phi. ij. Humiliauit semet
ipsum. Et sequit. Propter qđ ⁊ deus exal
tauit illũ. Et iõ post resurrectionem xps ait
Math. xxviij. Data est mihi omnis ptas
in celo ⁊ in terra. ¶ Nona ẽ a xpi obedien
tia Inuenim⁹ ergo de multis sanctis q̃ eis
omnes creature ⁊ moꝛs ⁊ vita obediuerũt
ad nutum ⁊ hoc qꝛ ipsi obedientes fuerunt.
Exempla patẽt i nouo et in ve. te. Sic xps
super omnes sanctos deo obediuit vsq̃ ad
moꝛtez nec eius mandatum vnq̃ ꝓteriuit.
Phi. ij. Factus est obediens vsq̃ ad moꝛ
tem. Ergo moꝛs ⁊ vita vt moꝛerẽ ⁊ resur
geret qñ vellet debuerũt ei magis q̃ alicui
sancto alio obedire. Jo. x. Potestatem ba
beo ponendi animaꝫ meã ⁊ iteꝝ sumendi eã
¶ Decima ẽ ꝓpter reuerentiam fidei xpiane
ne ⁊ irrisionem infidelium euadendaꝫ que
maxime sequeretur si xps non resurrexisset.
Nam magis absurdum fidei xpiane et in
conueniens apud exteras nationes videt
q̃ nos dicim⁹ q̃ deus fuit moꝛtu⁹ ⁊ sepul
tus cum deus moꝛi non posset eo q̃ est vita
ꝑpetua ⁊ beata. Si ergo filius dei a moꝛtu
is non resurrexisset. tunc deus ⁊ dñs xpia
noꝝ esset quidam deus moꝛtu⁹ et sepultus
qđ esset quoddaꝫ ridiculosum dicere. Haꝫ
si ad horam gustauit moꝛtem inquantũ ho
vt nos iuste liberaret. resurrexit in virtute
dei devicta moꝛte. i qua verus deus osten
ditur. Mab. xxij. Non est deus moꝛtuoꝝ
sed viuentiu ꝫ. i. deus no ster non est deus
moꝛtuus sed deus viuens ¶ Undecima ẽ
ad fidem nostram cõfirmandam. Nam hec
est fides catholica vt credamus et confita
mur. qꝛ dominus noster iesus christus est
deus ⁊ homo. Jo. xiij. Creditis in deum ⁊
in me credite. Sed si christus fuit a moꝛ
te victus sicut ⁊ ceteri non habuisset ostẽ
potentiam dei quam magis in eo q̃ moꝛte
absoꝛbuit demonstrauit. que omnes vicit
⁊ ꝑ ꝓsequens nõ fuisset deus. Similiter
non fuisset homo. quia filius dei in triduo
moꝛtis non fuit homo cum anima fuit a coꝛ
poꝛe separata ex quibꝰ ꝓiunctis homo cõsistit
⁊ iõ vt dicit apostolus. i. Coꝛ. xv. Si xps
non resurrexit a moꝛtuis inanis ẽ fides no
stra ¶ Duodecima est complementum fe
licitatis eterne q̃ consistit in ꝓgnitione dei
tatis ⁊ humanitatis xpi. Jo. xvij. Hec ẽ vi
ta eterna vt ꝓgnoscant te solum verum de
um ⁊ quem misisti iesum christuꝫ. Quam
tas in vnione anime ad coꝛpus ꝓsistit que
per moꝛtem destructa fuit. qꝛ in moꝛte xps
non fuit homo. Ut ergo completa sit felici
tas nostra oportuit christum resurgere sal
te humana consummata per moꝛtem. Jo.
x. Ingredietur sez ad veritatem et egredietꝰ
sez ad humanitatem et pascua inueniet sez
felicitatis ⁊ glorie. ¶ Quarto xpi resurre
ctio probatur ꝑ figuras. Nam figurata fuit
in sampsone quez cum philistijm crederẽt
detinere ipsa media nocte surrexit et tulit

portas gaze ereas ⁊ egressus est ciuitatem. vt patz Judi. xvi. Sic xps iuit ad iferos ⁊ dū inferi crederent ipsum tenere ipse suz rexit fractis portis inferi Psal. Non dere/linques animam meā in inferno. Item fi/gurata fuit in iona quē cete absorbens. ter/cia die euomuit. vt patz Jone. ij. Sic xps Matth. xij. Sicut fuit ionas in ventre ceti tribz diebz ⁊ tribz noctibz sic erit filiꝰ hoīs in corde terre tribz diebz ⁊ tribz noctibus. ¶ Quito resurrectō xpi ꝓbat ñ eē ipossibil' q̄ rēpla naturalia. Nam de leone dr̄ q̄ fa cit filios mortuos q̄s tercia die cum rugitu lium suū voce vitatis sue suscitauit. et ideo xps in sua resurrectione leoni assimilat' sic in sua passione agno. Appē. v. Vicit leo de tribu iuda. Similiter de fenice dr̄. q̄ adu/nat ligna aromatica. et vibrans alas in eis ignem accendit ⁊ seipsum ꝓburit. ⁊ ex cine ribz fenicis generat' vermis quidam qui in eandem auem transformat' et crescit. Sic xps in ligno crucis ex igne spiritussancti se ipsum cōbussit ⁊ tercia die idem resurrexit. Similiter ō cocodrillo dr̄ q̄ ē animal ma gnū ⁊ pernicios um ⁊ ydro insidiatur. Idꝰ autem inuoluit se in lutum vt labilis fiat ⁊ proicit se in os cocodrilli vermiēt's. Quē cum cocodrillꝰ credit se devorasse. ipe cor/rosis viscerib eius tercia die egredit'. Co/codrillus ē dyabolus cuius os est mors. ⁊ venter infernus. ydrus autem. i. filius dei inuoluit se in luto mortalitatis nr̄e vt pos/set mori ⁊ mortuꝰ est. Quem cum dyabolꝰ crederet devorasse ipse corrosis eius visce/ribz duīn animas sanctoz inde extraxit ter cia die resurrexit ¶ Secundo videam⁹ re surrectionis modū ⁊ significationē ¶ Ubi nota q̄ xps quinq̄z modis resurrexit. s. ci/to. immortalis. caute. sociatus. et ve. Re/surrectio autez xpi corpalis significat resur rectionem nostrā spiritualem. q̄ vocatur re surrectio prima. q̄ est resurrectio anime q̄ a peccato resurgit. Nam ⁊ anima morit mor te sua. Appē. Btūs qui hz partem in re/surrectione prima. Si ergo volum⁹ cū xpo gloriose resurgere.. ⁊ in gloriosa resurrectō ne secunda cum xpo esse. resurgam⁹ resur/rectione prima. ⁊ supradictis quinq̄z modis quibz xps a mortuis resurrexit. ¶ Primo resurgam⁹ cito. xps em̄ statim ꝓbata mor/te resurrexit. q̄z humanum ē peccare. hz dya bolicum in peccatis pseverare. vt dic̄ gre. In nullo alio peccato dyabolum ita imita/mur sicut in pseverantia mali. q̄z ille ab ini tio peccauit ⁊ sp̄ perseverat in malo. Psal. Superbia eoz qui te ode. ascen. sp̄. Contra q̄d dicit'. Eccl. v. Ne tardes converti ad do/minum. ⁊ ne differas de die in die. Et no/ta q̄ corvus emissus de arca nunq̄z redijt. ⁊ sp̄ dicit cra cra. Sic faciunt multi. ¶ Se/cūdo resurgam⁹ immortales vt nunq̄z mor te culpe per peccatum in anima moriamur. q̄z xps resurgens a mortuis iam non morit' mors illi vltra non dominabitur. Ro. vi. Quia vt dr̄ Hebre. x. Voluntarie peccan tibz nobis post acceptam noticiam vitatis iam non relinquit' nobis hostia ꝓ peccatis terribilis autem quedam expectatio iudicij ⁊ ignis emulatio. q̄ ꝓsumptura est aduersa/rios. Quia qui voluntarie peccat. quantuz in se est. q̄z filium crucifigit vt dicit apostolus ad Hebre. vi. Et ideo cum xpi crucifi/xoribz iudicabit'. Stultum est valde imo insanū in carcerem dyaboli voluntarie vel/le redire. ac peccatoz catenis denuo manci pari. q̄z sic fiunt nouissima hominis peiora prioribz. Jo. v. Ecce iam sanus factus es. vade ⁊ amplius noli peccare ne deteri⁹ ali/quid ꝓtingat tibi ¶ Tercio resurgam⁹ cau te. Christus enim de mane tempestiue non fracto sigillo pilati caute resurrexit. Sic et nos resurgere debemus. q̄z multa sunt q̄ im pediunt nos resurgere. s. mundus. caro de monia. ꝓsanguinei ⁊ amici. Ephe. v. Vide te quomodo caute ambuletis. Matth. Ne sciat sinistra tua quid faciat dextra tua. Et nota q̄ xps resurgens dimisit vestes in se/pulcro ita ⁊ nos pellem veterem peccati re/surgendo ad vitaz gratie deponere debem⁹. Col. iij. Expoliantes vos veterem hominē cum actibz suis. ⁊ induentes novum homi nem qui renouat' in agnitionē dei ¶ Quar to resurgamus cum societate. q̄z multa cor pora sanctoz cum ipso resurrexerunt. vt sic malo exemplo vel suggestione fecimus ali/os cadere. ita nitamur eos et alios facere ad vitam resurgere. Et sicut fuimus causa ꝓditionis multoz sic sim⁹ causa salutis. q̄z

per hoc opiem⁹ peccata nostra. Ja.v. Qui conuerti fecerit peccatorē ab errore vie sue saluabit animam eius a morte⁊ operit multitudinem peccatorum suorum. Quia vt dicit aug. non est maius sacrificium deo q̄z zelus animarum. Sic erat solicitus apostolus qui multos peccare fecerat⁊ multos reuocauit ad vitam. ij. Cor. xij. Ego autem libentissime impendam⁊ superimpendar ipse pro animabꝰ vestris ¶ Quinto resurgamus vere. quia christus vere surrexit. Luce xxiiij. Surrexit dominus vere. Cuius tria fuerunt signa scz palpatio visio⁊ comestio.

R ¶ Nam discipuli christum palpauerunt. ipsum apertis oculis viderunt⁊ ipse cū eis⁊ ipsi cū eo comederunt. Luce. xxiiij. Palpate⁊ videte. Similiter hec tria fūt signa q̄ homo spiritualiter resurgit. ¶ Primum est palpatio Si quis enim permittit se palpari a tribulationibꝰ⁊ non murmurat sicut iob. qui in omnibꝰ non peccauit nec stultū quid contra deum locutus est. signum ē q̄ vere resurrexit. Non enim in prosperis sed in aduersis cognoscitur si homo est vere viuus. sicut satban dixit domino de iob. ij. c. eiusdem. Mitte inquit manum tuam⁊ tāge os eius⁊ carnem.⁊ tunc videbis q̄ i faciem benedicat tibi ¶ Secundum ē visus Si quis enim oculo fidei recte videt xp̄m⁊ ipsum verum filium dei credit pro salute hominum passum⁊ aspicit etiam in eum in cruce oculo pietatis⁊ caritatis vt ei cōpatiatur⁊ moriatur cum illo. signuꝫ est q̄ vere resurrexit Psal. Respice in faciem christi tui Hiere. v. Domine oculi tui respiciunt fidem. Quia iustus ex fide viuit. Ro. i. ¶ Tercium est comestio Si quis eſſ cibum anime scz verbuꝫ dei.⁊ christi corpus digne⁊ deuote masticat⁊ comedit signum est q̄ vere resurrexit⁊ viuit. Sic enim debet comedi. i. Cor. xi. Probet autez seipm homo⁊ sic de pane illo edat et de calice bibat. Et sic patet tercium ¶ Quarto ponit promulgande resurrectionis mandatum⁊ iussio fructuosa. quia ite⁊ dicite discipulis eius et petro sup. q̄ resurrexit dominus. q̄ precedet vos in galileā. ibi eum videbitis Petro precipue mandat dici ne ꝓpter peccatum q̄ cōmisit desperet. ⁊ q̄ caput erat apostolorum. Unde quamuis petrus propter peccatum infidelitatis⁊ negationis ꝓpter q̄ solum papa potest deponi iam amiserat principatum. tamen propter penitentiam veram quia fleuit amare deus transtulit peccatum eius. q. d. christus. Dicite petro Sicut pro peccatoribus mortuus sum ita pro peccatoribꝰ resurrexi. quia scz deleā peccata sua vt iusti fiant. Ro. iiij. Tradit⁊ est propter delicta nostra⁊ resurrexit ꝓpter iustificationem nostram. Et nota q̄ christus asserit se in galilea videndum et non alibi quamuis alibi se ostēderet. quia galilea interpretatur transmigratio. Omnibꝰ enim q̄ se satagunt transmigrare de vicijs ad virtutes⁊ de mundo ad celum⁊ de negligentia ad obseruationez mandatorum. christus promittit se ostendere⁊ manifestare. Joh. xiiij. Qui habet mandata mea et seruat ea ille est qui diligit me⁊ ego diligam eum⁊ manifestabo ei meipsuꝫ. Hec ergo vitesissimi boni nuncij est. si tacuerim⁹⁊ nolumus nūciare sceleris arguemur. iij. Reg. vij. Annunciem⁹ ergo mūdo christi resurrectionem et quanta miracula christus per mortem⁊ resurrectionē est mirabiliter operatus. Sunt autem sex que hodie mundo nunciare debemus ¶ Primum est triumphus christi nobilis. mors enim⁊ vita mirando conflixere duello. Sed christus vita nostra vicit mortez⁊ diabolum⁊ mundū De primo. Osee. xiij. Ero mors tua o mors tua inferne. i. Cor. xv. Ubi est mors victoria tua? Absorpta est mors in victoria. De secundo aug. Manu inermi⁊ affixa cruci debellauit aereas potestates. De. iij. Jo. xvi. Confidite ego vici mundum. Gaudete⁊ tu facilius liter. Uincamus ergo diabolum. mundum⁊ peccati mortem hodie ¶ Secundum est spoliatio inferni mirabilis quia christus resurrexit confregit portas inferni⁊ patres nostros inde victoriose extraxit. Zacharie. ix. Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu in quo non erat aq̄ Tanta enim fuit victoria regis nostri q̄ in tantum fuit inimicum vsq̄ ad domū suam. et spolia q̄ sibi placuerunt abstulit ipso in vinculis religato. Extrahamus et nos carissimi animas parentum nostrorum de purgatorio bñficijs nostris⁊ orationibꝰ. ij. Mach. xij. Sancta enim⁊ salubris est cogitatio ꝓ

defunctis exorare vt a peccatis soluantur. ¶ Tercium est spes humani generis infal libilis. quia christus rex noster ⁊ caro ⁊ fra ter noster gloriosus in anima ⁊ corpore ho die resurrexit. cuius resurrectio est causa et forma nostre resurrectionis ⁊ ideo firmiter sperare debem⁹ q⁹ sicut ipse resurrexit ⁊ nos resurgemus. Annunciemus ergo homini/ bus vt deinceps in spe beate resurrectionis viuant. que spes facit omnia aduersa pati/ enter ⁊ libenter tolerare. ¶ Quartum ē mi sterio ⁊ affectus venerabilis. quia licz chri stus post resurrectionem defuerit miseria nō tamen ei defuit misericordia. q⁹ q̄uis fuerit sublimatus non tamen oblitus ē suorum ⁊ nostri. Nā apostolis ⁊ multis aliis apparuit ⁊ omnes amicos est consolatus et eos dono spiritussancti repleuit Johannis xx. Accipite spiritumsanctum quorum re. tē. Prouerbium est. Honores mutāt mo res. Sed rex noster summe honoratus in nullo mutatus ē quin semper circa nos pa/ ternum gerat affectum et nostri misereatur tribuens semp carismatū dona ⁊ nobiscuz manear. Matthei. xxviij. Ecce ego vobiscū sum omn. die. vsq; ad cō. se. ¶ Quintum est confidentia salutaris. Multum em̄ debēt peccatores confidere. quia christus resur/ gens primo apparuit peccatrici ⁊ negatori q̄ aliis. ad innuendum q⁹ sicut p⁹ peccato/ ribus mortuus fuerat. ita p⁹ peccatoribꝫ resurrexit. Matthei. ix. Non veni vocare iu stos sed pec. i. Thi. i. Fidelis sermo et omni ac. di. quia iesus christus venit in hūc mū dum pec. sal. fa. Hōne apparuit paulo dū iret ad persequendum membra sua et eum conuertit ⁊ gratiam sibi infudit. ⁊ apostolū ipsum constituit. Sic quotidie peccatores paratos male agere et inuisibiliter cōuertit ⁊ gratiam magnam facit ¶ Sextum est re cuperatio celestialis. quia celestem hierusa lem recuperatus est homo. que est ciuitas nostra. Hebre. xiij. Non habemus hic ma/ nentem ci. sed fu. miqui. Accipiamus ergo baculum ⁊ capsellam vt peregrini ⁊ eamus versus hierusalez quia recuperata ē et via est secura q⁹ inimicus humani generis qui viam conturbabat ⁊ capiebat ambulantes per eam. captus ⁊ catenatus est. Est etiam via abbreuiata. nam olim circuibat p⁹ infer nū sz mō recto tramite tendit ⁊ sus celum Esa. xxx. Hec ē via ambulate in ea neq; ad dex. neq; ad sini. Et sic patz quartū ¶ Sed q⁹ vt dicit apls. i. Cor. xv. et. i. Thes. iiij Christi resurrectō est cā nē resurrectionis Et sic x̄ps resurrexit. ita ⁊ nos resurgemus. Si em̄ inq̄t credim⁹ q⁹ ies⁹ mortu⁹ est ⁊ re surrexit. ita ⁊ de⁹ eos q̄ dor. p⁹ iesuz ad. cū. e. Thes. vbi sup̄. Jō de resurrectiōe nra. xij. videam⁹ ¶ Primo vtq; corpm resurrectio sit futura. Ad q̄d dicendū q⁹ oīno oportz po nere q⁹ corpm resurrectō sit futura. ⁊ hoc p⁹ pter quinq; rōnes ¶ Primo rōe iusticie dī Justum ē em̄ apud deuz ⁊ hoīes. q⁹ ille pu niat vel p̄miet̄ q̄ peccauit vel meruit. Sed oīa opa nra sunt aie ⁊ corpis simul q⁹ vt di cit phūs act⁹ suppositoq; sunt tē. Coniunctū em̄ ex aīa et corpe opat̄ et nō aīa vel corp⁹. Sed vt mānifeste videmus in vita illa nec boni p̄miantur nec mali puniunt̄. Quia vt dr Job. xij. Abūdant tabernacla p̄donuz ⁊ audaci⁹ puo. d. Multa ec̄ aduersa patiunt̄ iusti īmo p⁹ mltas tri. o. nos intra. re. c. Act. xiiij. In sepatiōe aūt aie a corpe aīa vadit ad gloriā. vel in penā. corpe hic in terra re manente. Ut g̃ iusta sit retributio oportet dicere q⁹ aīa itaq; cōiungat̄ corpi vt simul cū ipso p̄miet̄ vel puniatur iuxta stipendia meritoq; qd̄ per resurrectionē fiet. Hic ca/ dit exemplū de illo q̄ pcusserat p̄em suū ⁊ iuit ad sanctū iacobuz et nullo mō poterat ecclesiā eius intrare donec sibi pedē ampu/ tauit ¶ Secundo rōne desiderij naturalis Naturaliter em̄ hō desiderat p̄fectū habe/ re bonum ⁊ esse ꝑpetuus in anima ⁊ corpe. Naturale aūt desideriū non p̄t esse frustra eo q⁹ demonstraret imperfectionem dī cre antis naturā qd̄ est impossibile. Et ponas exemplū de fenestra domus q̄ nunq; aperi retur q̄ ignorantiaz magistri demonstraret. Ergo nisi hō ponat impedimentū oportet q⁹ p̄fectū bonū qd̄ s̄m naturā p̄cipere p̄t. aliq̄n̄ p̄sequat̄ Jn q̄ vt dic̄ boe. magna ma lor impotentia demonstrat̄ cum nunq; sit p̄secutura id qd̄ sp desiderat. Boni aūt et iusti p̄fectū bonū in resurrectione p̄sequen tur. Prouer. x. Desiderium suum iustis dabit̄ Omnis etiā creatura vt dr. Ro. viij Ingemiscit et parturit vsq; adhuc expectās reuelatōez filioz dei. q⁹ ec̄ ipsa creatura tūc

a seruitute corruptionis liberabit Ergo et per desiderium hominis. q̄ p desideriū omnis creature ꝓbatur q̄ resurrectio corporū sit futura ¶ Tercio ratione fidei q̄ scriptu/re. Nam fidei impossibile ē subesse falsum. q̄ est de prima ꝟitate et de operib̄ prime ꝟitatis. Sed vnus de articulis fidei est resurrectio mortuoꝝ ergo resurrectionē opor tet esse Similiter scripturam impossibile ē non impleri. Math. v. Iota vnuꝫ aut vn? apex non preteribit a lege donec omnia fiāt Sed scriptura dicit. Osee. xiij. Ero mors tua o mors. s. per resurrectionē. Et iob xix. In nouissimo die de ter. sur. et rur. cir. pel. cē. i. C. ox. x v. Dēs quidē resur. ¶ Quar/to ratione virtutis q̄ meriti x̄pi. q̄ vt dictū est supra vbi ꝓbata fuit resurrectio christi maioris ꝟtutis q̄ efficacie fuit x̄ps p suam obedientiam ad viuificandum q̄ adaꝫ per superbiam ad occidendum sed in adaꝫ om nes moriunt. ergo per x̄m q̄ in x̄po omnes viuificabunt q̄ resurgent ¶ Quinto ratio/ne sapientie dei. cuius est ordinare q̄ nihil inordinatum relinquere Sed omnis pars est inordinata extra suum ordinem. Par/tes autem hominis q̄ humane nature sunt anima q̄ corpus ergo anima q̄ corpus ab in uicem separata extra suum ordinem sunt q̄ ni si ꝓiungantur extra ordinem suum manent Cum ergo sapia dei nihil inordinatū relin quat. oportet q̄ resurrectio corpoꝝ sit futu/ra. Item turpis q̄ inordinata ē pars q̄ non ꝓuenit suo toto. Sz vt dī ad Ephe. i. Deꝰ dedit x̄m caput super oēm ecclesiam. Ipe ergo est caput q̄ corpus q̄ nos omnes sum? membra eius. Ne ergo caput q̄ corpus sit monstruosum. oportet q̄ sicut x̄ps resurre/xit q̄ nos similiter resurgamus. vt sim? mē/bra ꝓuenientia capiti q̄ corpori nostro in ea dem similitudine ꝓmansura. ¶ Secundo videamus an omnes tam boni q̄ mali ac etiam pueri in vteris maternis defuncti re/surgere debeant. Ad q̄d dicendum q̄ om/nes resurgent. q̄ huius rō tacta ē supra. q̄a sicut ipsi in corpe q̄ anima meruerunt. q̄ de meruerunt. ita in corpore q̄ anima premia/buntur q̄ punientur. Pueri autez in vtero mortui resurgent q̄ x̄ps repabit totam na turam. sicut adam totam destruxit. Si enī status solis q̄ lune et aliox corpoꝝ ꝓficiet. multomagis illi pueri omnem ꝓfectionem naturalez habebunt. Oēs enim ꝓfectiones tam aīe q̄ corpis habebunt q̄ eis fm natu/ram ꝓpetere pñt. gloriam aūt dei non habe bunt. De q̄ nullum dolorem habebunt q̄ ꝓgnoscent se non fuisse aptos q̄ graciam di ad illam gloriam. Omnem aūt ꝓfectionez naturalem q̄ bonum perfectū habebunt. ex/cepto q̄ non comedent nec generationi va cabunt Vñ non est hō in mundo nec vnq̄ fuit qui ita fuerit ꝓfectus in ista vita fm na turam nec tantam delectationē habuerit siē illi pueri habebunt. Et idez ē dicendum de oīb̄ pueris qui ante annos discretionis absq̄ baptismo decedunt. Hic cadit exem plū de illo milite q̄ iuit vltra mare cū vxo/re sua p̄gnāte. q̄ ad predicationez magdale/ne fuerant ꝓuersi. Qui dum essent in mari vxor peperit q̄ mortua ē. Vir aūt portauit eā ad quandaꝫ insulam inhabitatā. q̄ posuit eā in quandaꝫ cripta q̄ puerꝫ cum ea recō/mendauit marie magdalene. q̄ duꝫ rediret post magnuꝫ tps inuenit puerꝫ ambulantē. Si ergo magdalena p̄stitit illi vitam. mul/tomagis x̄ps dabit oīb̄ vitā ¶ Tercio vi/deamus an resurrectio sit naturalē. q̄ an x̄pi resurrectio sit cā nostre resurrectionis. Ad q̄d dicendum q̄ resurrectio corpum nulle mō potest esse naturalē sed ē oīno miraculo/sa. q̄ nihil est in natura q̄d hoc efficere pos/sit nec in natura angelica. nec in natura cor/porum celestium nec aliorum corpoꝝ. nec in natura animaꝝ Non in natura angelica. q̄ materia corporea obedit angelo ad motum sed ñ ad nutū. vt. s. possit accipe pulueres. vel elementa in q̄ corpꝰ humanuꝫ ē resolu/tum q̄ inde formare corpꝰ ad libitū Posset aūt mouere quodcunq̄ corpꝰ q̄ vnū mon/tem ad libitū. Aliqui tñ angeli resurrectio nē coopabunt. q̄. s. colligent pulueres vel ossa mortuoꝝ. Corpa etiaꝫ celestia nō pñt sine secundis agentib̄ ꝓfecta animalia ge/nerare. vt di. pbs. Hō generat hominez q̄ sol. Imperfecta eñ animalia et semina pos/sunt bñ ꝓducere. vt mures q̄ ranas q̄ fruct? Unde ex pulueribꝫ corporum incineratoꝝ non possunt corpora hominum producere. Similiter nec anima hominis. vel quecūq̄ alia creatura posset ex illis pulueribꝫ corpꝰ hominis formare. Et ideo illa mulier q̄ vi/

quid agant de necessitate damnabunt. Cui ius ꝺicũ dicit Hiere. xviij. Si penitẽtiam egerit gẽs illa a malo suo qꝺ loquut⁹ sum aduersus eã, agam z ego penitentiã super de minutis quibꝰ pꝫ Jonam dñs dixerat Adhuc xl. diebꝰ z ni. subuer. Quoꝝ peni/ tentiam dñs respexit z non sunt submersi. vt patet Jone. iij. Sed mꝫ est valde. qꝫ vi dictum est supra. mũdus dicit ꝙ om/ nia casualiter eueniunt. z circa hec inferio/ ra dei puidentia non ꝙsistit. quõ ergo oĩa necessario eueniũt. Cuius rõ est. qꝫ vnum malum alteri malo ꝺnat. vt ꝓdigalitas liberalitati. Sed bonũ nunqꝫ ꝺnatur bo/ no. Et ideo bonoꝝ vna ẽ sententia: sed sen/ tentia malorꝝ ẽ diuersa. z vna ꝓtrariatur al/ teri. Prouer. xi. Inter supbos semper iur/ gia sunt. Septimo arguendus ẽ: quia ꝓmittit bona glorie. Deus nanqꝫ ꝓmit/ tit magnam gloriam coꝛpi z aĩe se daturꝝ. si homo caueat se a peccatis. i. Coꝛ. ij. Qꝺ oculus non vidit nec auris audiuit nec in coꝛ hoĩs ascẽdit que prepa. deus his qui diligunt eum. Luce. xxij. Ego disp. vo. sic disp. mi. pater meus regnũ vt ego. a. bi. ꝓmitto. Cui bene est hic, enam bene erit in futuro. Scio quid habeo. sed nescio quid habebo. ps. Pro nihilo habuerunt terram ꝺsiderabilem. Treno. i. Omẽs amici eius. s. mundi spreuerunt eam. s. glo/ riam celi. Octauo est arguẽdus: quia non timet penas gehenne. Deus. n. mina/ tur peccatoribꝰ magnas z intolerabiles pe/ nas. Isa. xxxiij. ca. Quis poterit habita/ re ex vobis cum ardoꝝibus sempiternis? Psalmista. Ignis grãdo nix glacies spi/ ritus procellarum: ps calicis eoꝝũ. De his omnibꝰ mundus non curat. immo quoꝺ pius est omnia veridet. Treno. iij. Hec/ tus sum in derisum omni populo. Et ideo est arguẽdus merito mundus z fortiꝰ ver/ bere coꝛrigendus. Quarto ponit secun/ dum opus siue effectus spũssancti qui est apostolos in omnem veritatem inducere Apostoli enĩ ex grossitate intellectus z ex tristicia magna que eos tunc ꝓpis ꝺprime bat non poterant capere aliam veritatem de christo z de multis alijs necessarijs ad salu/ tem. Et hoc ẽ qꝺ dicit. Adhuc multa ha/ beo vobis dicere sed non potestis portare mõ. i. non estis capaces ad ea intelligẽda sed spũssanctus aduenies faciet vos ca/ paces omnis veritatis z plenos. amouẽ/ do. s. duriciam intellectus fugando tristi/ ciam coꝛpis. z ꝺsup sapientiam infundẽ/ do: quia omnis sapientia z verum a spiri/ tusancto est. Damascenus. Omne verũ a quocunqꝫ dicatur a spũsancto ẽ. Et hoc est quod dicitur. Cũ venerit ille spũs ve/ ritatis docebit vos omnem veritatem. s. vite z doctrine. vie z patrie nec essariã ad salutem, ita qꝫ sit distributio ꝓ generibus singulorum z non ꝓ singulis generum: vt dicit victoꝝ. Quia vt dicit Augustinus. non arbitroꝝ in quoqꝫ hoc posse impleri ĩ hac vita vt omnem veritatem sciat: cum apostolus dicat. nunc cognosco ex ꝑte. id est imperfecte. z videmus nunc ꝙ speciem in emgmate. i. Coꝛ. xiij. Sed spũssanctus omnem veritatem docet. quia z hic docet omnia necessaria ad salutem. iuxta illud. i. Joh. ij. Unctio eius docebit vos de om/ nibꝰ. Et in futuro ad ꝙgnitionem dei ꝓdu/ cit. in quo omnia ꝙgnoscuntur. Gregori/ us. Quid ẽ quod nesciat qui videntẽ oĩa videt. Docebit ergo vos omnem ꝛitatez fidei scz de vnitate z trinitate dei. z de in/ carnatione z vita christi z morte: z creatõ/ ne z fine mũdi. de angel' z aĩabus. de ce/ lo z mundo z inferno. de peccatis z ꝛtuti/ bus. de sacramẽtis ecclesie. Et breuit om/ nem ꝛitatem ad salutem vestrã vel alioꝝ necessariam vos docebit. Non autem do/ cebit vos sophismata aristotelis. vel ꝓ/ bleumata euclidis. vel leges aureliani. vl commenta auerroys, et cetera non expedi/ entia ad salutem. Vel aliter ea que fiũt ad finem continẽtur ꝛtute in fine. sapientia autem dei est finis omnis sapientie et sci/ entie. Sapientie. vi. Cogitate eam de illa: sensus est consummatus. Et omnes scie/ tie seruiunt ei sicut famule domine. Pro/ uerboꝝ. ix. Sapientia edificauit sibi do/ mum. excidit columnas septẽ: et misit an/ cillas suas vt vocarẽt ad arcẽ. Septẽ co/ lũne iste et ancille fiũt scie hũane. s. septem artes liberales quibus sapientia dei ad su/ um mĩsterium tãquam ancillis vtit vt

grãmatica ad congrue loquendũ. dyaleti/ca ad vꝛa a falso discernendum. rethoꝛica ad pulchꝛe loquẽdum: ⁊ sic de alijs. Et iõ spũssanctus docẽdo aplos dei sapiam do cuit eos oẽm veritatẽ cuiuscũqꝫ sciẽtie. i. Coꝛ. ij. Nõ iudicaui me scire aliud inter vos nisi xpm iesum. Et ne doctrina spũssã cti esset suspecta tanqꝫ ꝓpria ⁊ singularis. hoc remouet dicẽs qꝫ non loquet̃ a semet ipõ sup. singulariter sine patre ⁊ filio. sed loquet̃ quecunqꝫ audiet scꝫ in trinitate cu ius audire est scire ⁊ eẽ. vt di. aug. Quia in trinitate diuina sunt ydee omniũ rerꝫ ⁊ ideo deus videndo ⁊ sciẽdo se videt ⁊ co/gnoscit omnia vt dicit aug. Cum ergo in oꝛe duoꝝ vel trium stet omne verbum. et quecunqꝫ spũssanctus dicit pater ⁊ filius dicit. ergo eius doctrina est vꝛa. Simili mõ xps de se dicit. Joh. xvj. Ego ex meip so non sum locutus. Et quia spũssanctus est verus deus sic̃ pater ⁊ filius. ideo scit futura vt deus. Et ideo docuit eos futura mala ⁊ bona que sup eos erant ventura. et qꝫ gentes ad eoꝝ p̃dicationem ꝙuertende erant. ⁊ qꝫ cum gloria martyrij ad deũ re/dituri erant finaliter coꝛonandi. Et hoc ẽ quod dicit. Et que ventura sunt annunci/abit vobis. Et sic patet quartum. ¶ Quin/to ponit tertium opus siue effectus spũs/sancti qõ est xpm clarificare. Erat eĩm tũc tempꝭ xps valde obscurus in coꝛdibus apostoloꝝ ⁊ alioꝝ. quia nec ipm nec eius opa cognoscebant ꝓpter quod xpus ait pe tro. Matth. xvi. Vade post me satha nas. quia non sapis ea que dei sunt. Hec ergo clarificatio in hoc fuit qꝫ spũssanctus sup omnes apostolos veniens fecit eos cogno scere ⁊ credere ⁊ p̃dicare: qꝫ christus erat verus deus: ⁊ verus homo ꝓ salute huma na incarnatus ⁊ passus. quod ante nõ cog noscebant. Item spũssanctus clarificauit xpm non solum respectu apostoloꝝ: sed etiam respectu totius mundi. inquantũ de dit apostolis ⁊ etiam alijs sanctis virtu/tem faciendi in nomĩe xpi miracula ⁊ po/testatem sup omnia demonia ⁊ sup omnẽ creaturam. ꝓpter quod christus in magna reuerentia vt verus deus est habitus a to to mundo ⁊ adoratus ⁊ p consequẽs cla/rificatus. Item clarificauit xpm qui in vir tute noĩs eius totũ mũdum ydolatrie ser/vitũ ad fidẽ xpi ꝙuertit qõ solus deus fa/cere potuit. vt dic̃ aug⁹. Act. iiij. Necqꝫ eĩm nomẽ aliud est sub celo datũ hoibꝰ in quo oporteat nos saluos fieri. Item clarifica/uit xpm. qꝛ hoies ꝓ diuersa vicia ⁊ diuer sos errores dispos ad vnã fidẽ. vnũ bap tisma. ⁊ ad vnã xpi eccl'iam reduxit ⁊ adu naut. Job. x. Alias oues habeo q̃ nõ sunt ex hoc ouili ⁊ illas oportet me adducere. ⁊ ff. v. o. ⁊. v. pa. ¶ Carissimi si volumus scire si spũssanctus habitet in nobis ⁊ ope ret nobiscũ. clarificemus xpum vraplicq̃ nobiscũ. clarificatio vsqꝫ ad finem durabit. Et primo clarificemus eũ ꝓ vera fidẽ. quep opa demonstret. quia vt dꝛ Jaco. ij. Fi/des sine operibus mortua est. ⁊ ideo clari ficari non potest. Secundo clarificemus eum vt in noĩe eius miracula operemur: que tunc facimus quando in igne cari/tatis ꝓximi succendimur. quando vi/tijs ꝓximi non conburimur. quando in aquis tribulatõnum non submergi/mur. quando demonia expellimus. nec ab eis superamur. ⁊ quando creaturis omni/bus dominamur. Omnia ista magna mi/racula sunt ⁊ ea non nisi in virtute spũs fa/cimus operari. Eccles. xxxi. Quis est hic et laud. eum. fe. e. mi. in vi. su. ¶ Tertio clari/ficemus eum vt peccatores diuersis pec/catoꝝ ydolis seruientes. vt auarus pecunie ⁊ gulosus ventri. ⁊ sic de alijs. iuxta illud ad Phil'. iij. Quoꝝ deus venter est. ꝙ p/dicamenta verborum. ⁊ exempla bonoꝝ operum ad deum salubriter conuertam⁹. Jaco. v. Scire debet quoniam qui conuer ti fecerit peccatorem ab er. vi. ſ. sal. ani. eius a morte ⁊ operit mul. peccatorum. Quod ad dei gloriam spectat. Quia vt dic̃ augu/stinus. Nullum magis sacrificium placet deo q̃ salus aiaꝝ. ¶ Quarto clarificemꝰ eum vt in vnitate coꝛdium ⁊ voluntatũ in vinculo pacis ⁊ dilectõis inuicẽ habitet mus. Eph. iiij. Solicite seruare vnitatẽ spũs in vinculo pacis sic̃ vocati estis in vna spe vocatõnis vre. vnus dñs. vna fides. vnũ baptisma. Act. iiij. Erat illis coꝛ vnũ ⁊ aia vna in deo spũs. ps. Ecce q̃ bonũ ⁊ q̃ iocundũ habitare fratres in vnũ. Et sic patet totum.

¶ De epistola. Sermo. lv.

Omne datū optimum

Omne datū optimum ⁊ omne donū pfectū desursum est ⁊c. Jaco. i. In hac epla beatus Jacobus inducit nos ad cognitionē bonoꝝ ⁊ donoꝝ que a deo recipimꝰ ⁊ prosequens ad dei amorem nos allicit ⁊ inducit. quia ex quo optima quecꝫ nobis a deo donantꝰ ad deum diligendum maxime incitamur. quia munera ⁊ dona recepta incitativa ⁊ causativa sunt dilectionis. Durus esset est animus qui nolit diligere. Nulla autem est maior invitatio ad amandum vt dicit bernhardus: qꝫ prevenire amando. Dum ergo ostendit qꝫ omnia bona sunt a deo ⁊ ipe hominibus abundanter tribuit ⁊ nō imperat nos valde ad amorē eius accēdit. Hoc ergo in hac epla demōstrare intendit. In qua quidem epla quatuor principalia ostenduntur. Primo essentialiter iacobus ostendit qꝫ omnia bona a deo emanant. In principio epistole. Secundo ostendit qꝫ hec bona deus gratis donat. ibi. Voluntarie genuit nos verbo veritatis. Tertio ex quo tot bona nobis donat eius doctrinā audire nobis mandat ibi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum ⁊c. Quarto ad recipiendum cum effectu eius verba similiter nobis imperat ibi. Propter quod abiscientes omnē immundiciā ⁊ abundantiaz ma. in mansuetudine su. insi. ver. ¶ Primo ergo ostendit qꝫ omnia bona nobis a deo emanāt. d. Omne datum optimum quantū ad virtutes ⁊ spirituſſancti dona. ⁊ omne donuz pfectum quantū ad bona glorie desursū est. Optima enim que in vita ista haberi possunt sunt virtutes ⁊ spirituſſancti dona. Sed bonum pfectū cui nihil deest: qđ deus gratis nobis donat est vita eterna. Ro. vi. Gratia dei vita eterna. Titū. iij. Non ex operibus iusti. que fe. n. sed ſm suam misericordiam saluos nos fecit. V Omne ergo datum optimum ⁊ donū pfectum a deo est. Et hoc potest triplicater exponi. ¶ Primo quantum ad ipsas res in seipsis consideratas. Quedam enim sunt bona que habent solum esse vt corpora simplicia ⁊ elementa ⁊ lapides ista sunt bona. Quedam habēt viuere ⁊ sentire: vt animalia ⁊ ista sunt meliora. Quedā habent esse viuere ⁊ intelligere. vt homo et angelus. ⁊ ista sunt optima quibus deus perfectum donum donauit scilicet vitam beatam que deus est. Quia vt dicit philosophus. Perfectum est cui nihil deest. quod solum est vita beata. Perfecta autē in genere suo multa sunt. Sed perfectum simpliciter ⁊ bonum non est nisi deꝰ. Matthei. x. Nemo bonus. id est perfectus nisi deus. Omnia ergo supradicta sunt a deo que omnia per se sunt bona. sed ad inuicē ordinata sunt optima. Et ideo de singulis dicitur in Genesi. i. Vidit deus qꝫ ⁊c. Et postea de omnibus simul dicitur. Vidit deus cuncta que fecerat ⁊ erant valde bona. Et sic patet qꝫ omnia sunt a deo. ¶ Secundo potest exponi quantum ad bona q̄ hominibus a deo dantur. Quedam enim sunt bona vt bona fortune scilicet diuitie ⁊ dignitates. quedam sunt meliora vt bona nature. scilicet sanitas. fortitudo. ingeniū ⁊ similia. quedam optima: vt virtutes et dona spirituſſancti. Hebreo. xiij. Optimum est gratia stabilire cor. Sed glorie bonum est bonum perfectum vt dictum ē supra. Omnia enim hec bona dantur a deo hominibus. ps. Omnia subiecisti sub pedibus eius ⁊c. Quia cum bona fortune ordinentur ad bona nature. ⁊ bona nature ad bona gratie. ⁊ bona gratie ad bona glorie. ⁊ ea que sunt ad finem includuntur in fine. ideo in dato optimo ⁊ dono perfecto omnia bona intelliguntur. ¶ Tertio potest exponi quantum ad ipm deum gratis nos ad bonum perducentem. Nam qꝫ deus nos creauit fuit bonuz sed qꝫ nos redemit ⁊ in filios p spirituſſancti graciam adoptauit fuit melius. sed qꝫ nos in corpe et anima letificauit hoc est donum optimuz ⁊ donum pfectum. Quia vt dic augustinus. Homo ē creatus vt cognosceret deū p bonum nature ⁊ cognoscendo amaret: p bonum gratie ⁊ amādo possideret ⁊ frueretur p bonū glorie. Et q̄ donat aliquid donat oīa sine quibus illud haberi nō potest. iō deus dādo nobis datum optimuz ⁊ donū pfectū. i. seipm oīa nobis bōa donauit. Ro. viij. Quō etiā cū illo non oīa

nobis donauit. Oīa ergo bona sunt a deo patre. Recte ergo dicit. Omne datū optimū et doē donū pfectū desursum ē descēdēs id ē p gradus pcedēs: q3 in collatiōe bonoꝝ gradus seruant vt dictū ē. A pre luminum. Pater luminū ē ipe deus q ē pr luminis nature. ps. Signatū ē sup nos lumen vultus tui dne. Item ē pr luminis gratie qui sedētes in tenebris illuminauit. Esa. lx. Surge illumināre hierm quia venit lux tua ꝛc. Idē. ix. Pplus q ambulabat in tenebris vidit lucē magnā. Item ē pr lumims gle. ps. In lumie tuo vide. lumen. Et ne credaf sic est varietas in bonis creatis ita sit varietas in deo pre oīm creatore. addidit apud quē nō est transmutatio. q3 p idem manēs oīa opaf. Boetius. Immobilis stabili seq manēs dans cūcta moueri. Malach. iij. Ego dns et non mutor: nec etiā apud deum est vicissitudinis obumbratio. vt scz mō det bona mō mala Mala em obumbrant et in vmbra fiunt: et ad vmbras inferni ducūt Job. xij. Omis em qui male agit odit lucem. Mathei. xxij Ligatis manib et pedib mitti. eum in tenebras exteri. Dic ergo nunq obumbraf p malum: quia nec malum vult nec malus opaf nec malum infert nisi malum pene. Amos. iij. Nō est malū in ciuitate qđ dominus non fecerit. Et sic patet q inter bona pīntis vite nulla optima sunt nisi bona gratie scz vrtutes et bona spiritussancti. Et q totus mūdus hic errat reputando bona nature et bōa fortune optima bona. bona vo gratie p nihilo hz. Probemus hic q bona gratie sunt optima bona. quia vt dicit quidam sapiens. Rationalis nature vera pfectio est vnāquāq rem tanti existimare quanti habenda est. Seneca. Maxime necessarium est pcia rebus imponere. Quod aūt vrtutes et dona spiritussancti sunt bona optima patet ex quatuor. Primo ex pte dantis quia a solo deo dant. Augustinus. Virtus est bona qualitas mētis. quā deus nobis sine nobis infundit. Exemplū de papa. qui sp sibi magna reseruat vt facere cardinales cōuocare pcliū. et similiter quidam alij domini faciunt. Excellentia ergo vrtutuz ex hoc patet q eas deus sibi soli reseruat ad eas hominibus largiendum nec alicui eas dare commisit. Ephe. ij. Saluati estis q fidem et hoc non ex vobis. dei enim donū est non ex operibus. Omnia vero alia bona deus creaturis commisit vt soli illuminare. terminare. lune humectare. igni calefacere. terre fructus producere et sic de alijs. Iustificare autem impium quod fit per gratie virtutum infusionem solus deus facit. Esa. xlij. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter te. Secundo idem patet ex loco vnde veniūt quia de celestib patria optimo loco. Optimus autem locus optima producit. De celo autem veniūt optima bona corporalia. vt lux, calor, motus per que omnia producuntur et conseruantur in esse et viuunt. Cum igitur vt hic dicitur in esse et viuunt. Cum igitur vt hic dicitur virtutes et dona de celo veniāt. meliora de co mundi. ex loco optimo vnde veniūt patet eorum perfectio. Exemplum de emporibus qui interrogato de loco credit ibi optima bona esse que ibi nascuntur vel fiunt. Idem patet de naui venienti de oriente. et de vltramarinis partibus. de qua pcessumit q optimis sit onusta Certo idē apparet ex pte psonaꝝ quib dona et virtutes donant: q3 solū sanctis et filijs dei regis eterni dant. Joan. xiij. Ego rogabo patrem et alū paclitū dabit vobis: in quo et cum quo omnes virtutes et dona habitur. dabit inquit vobis qui estis a deo ut filios adoptari et ad regnū eternum electi Johā. xv. Ego vos elegi de mundo. Malia vero dona dant omnibus et malis et bonis. Mathei. v. Qui solem suum oriri facit super bonos et malos. Virtutes vero et dona solum pelectis ad vitam eternaz dant. Mathei. vij. Nolite sanctū dare canib. neq3 mittatis margaritas ve. ante porcos. Purpuras super omnes pānos excedit. quia olim soli reges ipsam induere poterant et portare. Quarto idem patz ex pte scripture. quoniam memoria nō potest. Nam vetus et nouum testamentum et omnes sancti doctores persuadent et mandant vt vrtutes et omnia amplectamur: et bona alia contemnamus. Mathei. vi. Querite primū regnum dei et iusticiam eius. Coll. iij. Super omnia caritatem habete. i. Joh. ij. Nolite diligere mundū neq3 ea que in mūdo sūt.

Ser alias rationes adhuc idem requirete infra dominica decima octaua post festuz trinitatis in sermone de epistola. Et sic patet primū. ¶ Secundo ostendit qꝫ omnia bona deus gratis nobis dedit & dat. Et hoc est quod dicit. Voluntarie. n. id est gratis genuit nos in filios adoptionis vt scilz simus heredes bonorum eius. Quia vt dicit ad roma. viij. Si autez filij & heredes heredes quidem dei: coheredes aūt christi ij. Petri. i. Per quem maxima & pciosa nobis promissa donauit. Genuit ergo nos verbo veritatis in baptismi collatione: in quo accedit verbum ad elementum & fit sacramentum. vt dicit Augustinus cum dicitur. Ego te baptizo in nomine patris et filij & spiritussancti. In hoc ergo verbo veritatis scilicet qđ ipa veritas instituit nos deus generat. Nam in baptismo quedam spiritualis generatio celebrat. Et ad hoc significandum super christuz baptizatum venit verbum dei de celo dicens. Hic ē filius meus dilectus. Mathei. iij. Nec aut̄ hec generatio necessaria est ad habendum bona dei. Johannis. iij. Oportet vos nasci de aqua & spiritussancto non potest intrare regnuz dei. Titi. iij. Scōm misericordiam suam saluos nos fe. per la. reg. & reno. s. f. Item genuit nos verbo veritatis in doctrine & vite informatione. quia multa dixit & fecit in quibus tota vita nostra salubriter informatur. Math. xi. Discite a me qꝫ mitis sum & humilis corde. Johannis. xiij. Exemplum enim dedi vobis vt quemadmodū ego feci vobis ita & vos faciatis. Iterz duobus modis dicitur aliquis pater spiritualis alicuius. scilicet in baptismi collatione & in doctrine & vite informatione. i. Cor. iij. In christo iesu per euangelium ego vos genui. Et idem. Gall. iij. Filioli mei quos iterum parturio donec formetur christus in vobis. Titum. i. Tito dilecto filio ꝑm communem fidē que scilicet in baptismo infunditur gratia & pax. Istis ergo duobus modis dominus nos genuit vt essemus aliquod initium creature dei. id est. vt essemus initium gratie inter homines. Nam creatura dei & pcipue homo est ad imaginem dei factus. vt patet genesis. i. Propterea dominus nos genuit verbo veritatis in baptismo & doctrina vt simus initium creature eius. id est. vt simus primicie gratie spiritussancti inter omnes homines mundi ad habenduz datū optimum & donū pfectū. i. bona gratie & glorie dei. Apostoli enim & cor sequaces qui ꝑ apostolos sunt quorsi quibꝫ tūc iacobus loquebatur fuerūt primitie christi quia primo fidem & doctrinā christi per spiritumsanctum receperunt. Roma. viij. Hosipi primitias spiritus habentes. glorie tempore & dignitate. ij. Thessa. ij. Debemus gratias agere deo qui nos elegit. ꝑ initias in salutem in sanctificatione spūs Initiare aūt potuit ꝑ dedicare & pfectare & renouare. Per hāc ergo genituram initiat nos deus in creaturā nouā. i. in filios adoptiuos. ij. Cor. v. Si qua noua creatura in christo. vetera transierūt: ergo in christo iesu neqꝫ circumcisio aliqua valet. neqꝫ ꝓputium sed noua creatura vt dicit apostolus gall. vi. Et dicit initiū aliquod quia hic initiamur in parte per gratiā dei quia tantum in anima: sed in futuro initiabimur in toto scilicet ꝑ gloriam anime et corpis. Esa. lxi. In terra sua duplicia possidebunt. Et sic patet secundum. ¶ Tertio ex quo tot bona et talia nobis fecit. inducit nos ad eius precepta et doctrinam solicite audiendum. di. Sit autē omnis homo velox ad audiendum scz precepta et doctrinā xpi. Inter ceteros enim sensus auditus magis discipline deseruit: vt dicit phūs. Eccl. vi. Si dilexeris audire sapiēs eris. Prouer. i. Audiēs sapiēs sapientior erit. Sed ad quid audiendū sit omnis homo velox? Ad audiendū vana et mala. Certe nō. Eccl. xxviij. Sept autu. spi. et noli. au. ling. nequā. Quia vt dicit. Cor. xv. Corrumpūt enim bonos mores colloquia prava. Sz sit velox ad audiendū verbū dei doctrinā sanā et vtilē. Gregorius. Nullū adeo eundēs ꝑdestinatōmis signū est vt libenter audire verbū dei. Luce. xi. Beati qui audiūt verbū dei et custodiunt illud. Sz nō sic est de loquela sicut de auditu: qꝫ deberet esse omnis hō tardus ad loquendū: qꝫ in multiloquo peccm non deerit Prouer. x. Hanc autem tarditatē ondit

natura in eo q̃ dedit homini; oñs sensus geminatos vt duas aures duos oculos & sic de alijs. sed solū vnā linguā & hāc conclusit duplici muro scz labijs & dentibus. ℙropterea petebat ꝓpheta dicēs. ℙone dñe custodiaz oi meo & ostiū circū. la. me.

¶ Ubi nota q̃ quatuoꝛ in locutiõe obseruare debemus. ℙrimo vt raro & paꝛ loquamur. Eccli. xix. Est tacēs & ipe est prudens. Et infra. xx. Qui aūt ꝓcax est ad loquendū odibilis erit. Seneca. Tardiloquum te esse iubeo & ꝓpe erit tibi deꝰ. Secundo vt hoꝛā apti tpis obseruemus. Ecclesiastī. xx. Est tacens nō hñs sensum loquele: & est tacens sciens tps apti tpis. ꝓuer. xxv. Mala aurea in lectis argenteis q̃ loquit verbum in tempe suo. Eccl. xx. Exoꝛe fatui reꝓbabit ꝓpabola: non em dicat illam in tempe suo. Tertio vt dum loquimur bona & vtilia loquamur. i. ℙetri. iiij Si quis loquit quasi sermones dei. Esa. xlvi. Ego dñs deus tuus docēs te vtilia. Quarto vt vere & nō ficte & adulatoꝛie loquamur. ℙꝛouer. vi ij. Ueritatē meditabit guttur meū & labia mea detestabuntur impium. In eodē. xxix. Qui blandis fictisq̃ sermonibꝫ loquit amico suo rete expandit gressibus eius. Esa. iij. ℙopule meus qui beatū te dicūt. ipi te decipiunt. Gregoꝛi⁹ sup illo ꝛbo luce. ix. Sine moꝛtuos sepelire moꝛtuos suos. Tuc moꝛtui moꝛtuos sepelīūt qñ peccatoꝛes famoꝛibus peccatoꝛes ꝓmūt. Similiter sicut hō tardus debet esse ad loquendū: ita tardus debet esse ad iram: ne tā de facili irascat. imo nunq̃ si possibile est nisi sit ira ꝓzelum vt qñ irascimur malis & peccatis hominum & nō hominibꝫ. ps. Irascimī & nolite peccare. Augustinus. Sic diligēdi sunt homines vt nō diliganf eoꝝ errores sz odiantur. Aliud est em odisse quod facūt: et aliud odisse qđ facti sunt. Sic irascit ꝓpter filio. Sic iratus est phinees ꝛ samoꝛi & scoꝛū madianitē. qñ intrauit lupanar & arrepto pugione ꝓfodit ambos in locꝫ genitalibus. Numeri. xxv. Sic xps ꝓ tale zelum iratus erit. quando facto flagello de funiculis eiecit ementes & vendentes de tẽplo. Joban. ij. Unde ibi sequit q̃ discipuli recoꝛdati sunt: quia scriptū est. Zelꝰ domus tue comedit me. Et quare irascī debemus assignat ratione dicens. Ira em viri iusticiam dei nō opaf. Ira viri dicit qua irascimur hominibꝫ siue deo siue ꝓximo vel nobismetipsis. Talis ira ēymo abolo siue nobismetipsis. Talis ira ēymo de septē capitalibus vitijs: & pōt esse mortale vel veniale peccatū. Haz si ira ē leuis vl̃ ꝓuenit iudicium rōnis & cito trāsit ꝓcarum veniale est. Si em sit fortis ira & ratione deliberata & ꝓmanet. & est ōtra ꝓximum eius mortale pctm est. & ideo ira talis iusticiā dei non opaf sed iniusticiā. Sed ira ꝓzelum meref. Nam phinees ꝓzelum iustus ire meruit sacerdotiū sempiternum. & placauit iram dei vt patet ibidem. Et sic patet tertiū. ¶ Quarto induc nos ad dei verbum & doctrinam cum effectu recipiendum dicens. ℙropter qđ abijcētes oēm immunditiam & abūdantiā malicie. & ꝛbū dei est totum sanctū & ꝓpter quod nos esse mundos ad audiendū ipm & recipiendum. qz vt dicit sapie. i. Nō habitabit in coꝛ. sub peccatis. Diere. iiij. Nouate vobis nouale & nolite serere inter spinas. Et ideo oꝓtet nos omnem immūditiā deponere quantū ad peccata carnalia. & abundantem maliciam quantū ad petā spiritualia. quia peccata carnalia magis sunt immūda q̃ spūalia. sed spūalia maioꝛis ponderis extant. Uel oīm immūditiam dicit quantū ad peccata ꝓpria que immūdant faciūt animam & deformē. abūdantiā autē malicie dicit quantū ad peccata que cōtra deū & ꝓximum directe committunf. Tuc em malicia abūdam⁹ qñ eam vsq ad ꝓximum extendimus vel in deū directe peccam⁹. Sic ergo mundati a peccatis in mansuetudine & tranquillitate mētis debem⁹ insitum verbum recipe. id est christū qui est insitum verbum humane nature. sicut surculus ꝓlectus trunco siluestri. Joba. i. Uerbum caro factū est & habitauit in nobis. Qui truncus ante amaros fructus ferebat. Nam anteq̃ verbum dei humane nature insereret nō ꝓducebat fructus dignos penitentie. sed ꝓ insertiõem trunci in natā est in deum sicut transferī truncus in naturam surculi. & fecit fructus dulcissimos in vitam eternam ducentes. Joban. xij. Ego si exaltatus fuero a terra oia trahaꝫ

ad meipm.i. Joha. xiij. Nos scimus qm̃ translati sumus de morte ad vitã. Hoc ergo verbũ sic insitũ z vnituz nobis: debem⁹ deuote p fidẽ z amorẽ suscipe interius in corde z exterius in corpe vt referam⁹ fructus ei dignos penitẽtes sicut in eũ translati sum⁹ Uel suscipite insitũ verbum. i. verbum euangelij pdicatũ vobis a nobis de insito verbo dei. i. de verbo dei incarnato quod verbum ẽ insitũ cordi nostro sicut ramus truncus: qui puerit truncu m in naturam sui. Si c̃ enim truncus antecẽs inserat ei ramus facit feruos asperos z amaros aptos solũ pcis. sic homo antecẽs recipiat verbum dei in cor de facit opa aspera solum demonibz apta. sed postcẽs verbum dei insertũ fuerit menti eius p amorẽ z fidem facit fructus dignos penitentie. z est arbor dei in medio paradisi afferens fructus duodecim. i. duodecim opa misericordie. vt dr Apocal. xxij. Debet ergo verbum dei esse insitũ cordi nostro vt ramus veteris puersationis abscidat a trunco cordis z nouus inserat qui renouet de die in diem. Ro. xi. Tu aũt cum olea ster esses insertus es in bonam oliuã. id est in bonam gratiã z misericordiã. Uerbum ergo dei pure z deuote acceptum potẽs cũ effectu animas nostras saluare. qz verax. Joh. viij. Si quis sermonem meũ seruauerit mortem nõ gustabit in eternũ. Actum. xiij. Uobis qui ti. de. verbum salutis missum est. Dicit aũt potest ne liberas arbitrij excludat. quia nõ saluat nisi volentes. Et ideo verbum dei potest nos saluare si ei assentimus: alias penitus nõ saluat. Heb. v. Factus est omnibus obtemperantibus sibi causa saluris eterne. Et sic patet quartum.

Dominica quarta de euangelio.

Sermo. lvi.

Ren amẽ dico vobis si quid petieritis patrem in noie meo dabit vobis Joh. xvi. Quia xps inquantũ homo ẽ aduocatus hominum apud patrem in curia celi. vt dr. i. Joh. ij. Aduocatuz habemus apud patrem iesum xpm iustũ. Qui quã do hec verba dixit post cenam in die iouis

statim z in breui erat ab aplis recessurus z ad curiã patris iturus. Ideo in vbis pmissis docet xps aplos z inducit ad petendum z formandum petitiones suas ad patrem. Petite inquiens. Que parabola ẽ tempis instantis. Quia fm repñtationez ecclesie aduocatus z frater noster xpus in breui est iturus ad celum vbi facta nostra examinantur z iudicantur. z vnde nobis omnia bona ꝓueniunt. Jaco. i. Omne datum optimum z omne donum pfectuz desursum est. Et ideo xps in verbis premissis in psona aplorz nos hortat z docet petitiones nostras formare. quia ipse eas est patri fideliter porrecturus. ac etiam effectui mandaturus. Unde ait. Amen amen dico vobis rẽ. petite z accipietis. In quibz verbis quatuor continent̃. Primo diuina largitas demonstrat z nostra negligentia redarguit̃. quia inuitat nos ad petendum z omnia dare ꝓmittit. In principio euangelij. Secundo tempus claritatis z obscuritas circa christi opa insinuat. ibi. Hec in ꝓuerbijs locutus sum vobis. vẽit hora cum iam non in ꝓuer. lo. vo. Tertio magna virtus pfecte orationis innuit̃ ibi Et non dico vobis quia ego patrem rogabo de vobis. Quarto apostolorz intelligentia fuisse erecta ad xpm declarat̃ ibi. Ecce nunc palam lo. z ꝓuer. nul. di. nunc cog. quia scis omnia. ¶ Primo ergo diuina largitas demonstrat̃ qne patet quantum ad quatuor. ¶ Primo quia iurat omnia petita largiri vt petere non debeamus dubitare. Amen amẽ inquit. qui est modus iurandi in nouo testamento. In veteri testamento iurabat deus p seipsum. Gene. xxij. Per memetipm iurani dicit dominꝰ. Gal. vi. Abrahe nanqz ꝓmittens deus cũ non haberet maiorẽ p quem iuraret per semetipm iurauit. ¶ Secundo quia docet vnam rem in qua z p quam omnia bona nobis donantur. s. nomen iesu xpi vt faciliter impetremus. Si quid inquit petieritis patrem in nomine meo rẽ. ps. In noie dei nostri inuocabimus. Act. iiij. Nõ est aliud nomen sub celo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Propter quod dr Esa. xxvi. Domine nomẽ tuũ z memoriale tuum in desiderio anime.

largitas dei

f

Tertio quia inuitat z instigat ad petendū vt nō verecundemur. Petite inquit. Homines viuites que stuarios fugere solent. Sed xps inuitat. Matthei.xi. Venite ad me omnes qui laboratis z onerati ꝛc. Johan.vij. Stabat ihesus z clamabat. si quis sitit veniat ad me z bibat. Apoca.iij. Ego sto ad hostiū z pulso. si quis aperuerit mihi intrabo ad illum. sup. portās mecū omnia bona. Ad ro.viij. Quomodo non etiā cum illo omnia nobis donauit. ¶ Quarto quia optima bona ꝓmittit. s. gaudium plenum vt libenter petamus. Petite inqt et accipietis vt gaudium vestrum sit plenum.ij. Pe.i. Per quē maxima et pciosa ꝓmissa nobis donauit. Homines mūdi dāt pauperibo solū peiora vt panē et vinum et vestes fractas et omīa putrefacta. Sic cayn obtulit deo quecunq peiora. et Abel meliora. Et ideo respexit de⁹ ad abel et ad munera eius. ad cayn aūt et ad mūera eius non respexit. Gen.iiij. Quia talia data deus modicum acceptat. Sed deus dat optima. qz vt dicit bern. Animam ad ymaginē suā creauit. angelos ad nostruz seruitium deputauit grām et virtutes ad merendum vitā eternā nobis donauit. filium suum ad nos liberandum et redimendum nobis trāsmisit. celū et gloriā suā nobis ꝓpauit. corpa nostra putrefacta gloriosa reiuscitabit. Ecce optima et inenarrabilia bona. Hic cadit exemplū de alexādro qui petitus vt daret vnā domum dedit ciuitatem. In centuplo plus facit xps Esa.lxiij. Oculus nō vidit nec auris audiuit absq te que ꝓparasti diligentibus te. Propter quod admirat dauid. d. Quid est homo q memor es eius ꝛc. Gloria et honore coronasti eū dñe. z cō. e. su. opera ma. tu. oīa sub. sub pedi. eius. Et sic diuīa largitas patet ex quatuor. ꝓpter que omīa nostra negligentia est valde redarguēda. Aug. Erubescat hūana pigricia plus vult ille dare q nos accipe. plus vult misereri q nos a miseria liberari. Debemus ergo orando petere: z petendo orare. Carissimi hec dies boni nuncij est. in qua dr. Petite z accipietis. O si diceret mortuis hō verbum quale gaudium haberent. sed eis non dr. Dñs ille diues iā sunt plus q mille anni q petijt guttam aque z adhuc non habuit. Et ideo nō effugiemus iudicium dei. si tantam neglexerimus salutez. vt dicit apostolus heb.ij. Que negligētia magis aggrauat si consideremus q sumus in multis miserijs z piculis ꝓstituti. Apoc. iij. Nescis q tu es miser z miserabilis et paup z cecus z nudus. Et ideo necesse habemus non solum orādo petere sed clamare. i. Jacbab. iij. Et nunc clamemus in celum z miserebit nostri deus noster. Tria em solent homini esse occasio clamādi. s. ignis. aqua. z hostes. Hec tria omnia die nos incitant ad clamandū. Nā ignis carnalis ꝛcupiscentie semp nos combuit. Ro. vij. Video aliam legem in membris meis repug. le. men. mee. z captiuantem me in lege miserie z peccati. Job. xxi. Ignis est vsq ad ꝓsummationem deuorās. Aque tribulationum vndiq nos circumdant. ps. Saluum me fac domine q intraverunt aque vsq ad animam meā. Infixus sum in li. pfun. Et sequitur. Laboraui clamans. fac. sunt fa. me. Gregorius. Pestilentias sine cessatione patimur. ij. Cor. xi. Periculis flu. peri. la. pi. ex ge. pi. ex gente. ꝛc. Propter que omnia dicit salomon ecclesiastes. iij. Et laudaui magis mortuos. q viuentes. Item hostis infernalis quotidie nos insequitur. i. Pet. v. Aduersarius vester diabolus tanq leo rugiēs circuit. quem deuoret ꝛc. Clamemus ergo fortiter me. Esa. lviij. Clama ne cesses. quia non cessant qui te infestant cum vero cessauerint sile. ¶ In fine istū membri nota duo circa orationem. s. quomō sit orandum. z que impediunt orationem exaudiri. ¶ Circa primum nota q tres ꝛditiones debet habere pfecta oratio. ¶ Primo enim oratio debet fieri cum fiducia impetrandi Jaco. i. Postulet autem in fide nihil hesitans. Fides em multum facit ad impetrandum. Marci. xi. Si potes credere. omnia possibilia sunt credēti. Matthei. viij. Sicut credidisti fiat tibi. ¶ Secundo debet fieri cum reuerentia. Ecclia. xxiij. Pro reuerentia accedat tibi bona grā. Augustinus. Citius exauditur vna ozō obedientis q decem milia ꝓtumentis. Sic reuerenter orabat chananea que venies a

orabat xpm. Matth. xv. z ideo fuit exaudi
ta. Sic reuerēter petebat ille tertius qui
quagenarius helye vt nō despiceret aiam
suā. z ideo nō fuit cōbustus sicut alij duo
rēs. i. Nota hic q quidā sunt sicut mili
tes pylati qui genuflectebāt z p derisionem
xpm. sic multi genuflectunt z percutiunt
xpm in peccatis suis. immo crucifigūt vt
dicit apls ad heb. vi. Rursum crucifigen
tes sibimetipis filiū dei z ostentui hātes.
¶ Tertio debet esse decens vt petat decē
ter a deo. Augusti. Oratio est petitio de
centium a deo. Ja. iiij. Petis z non accipis
pieris eo q male petatis. Pater filiorum
celestis dei nō sunt exaudita eo q petuit inde
center q. ex parentela voluit filius regnum
dei dari. Matth. xx. Nescitis quid petatis.
Ubi nota ꝑm Aug. tria sunt genera bono
rum. scz infima. media. z supma. Infima
sunt bona nature z fortune que sunt bonis
z malis cōmunia. Hec nō debemus sim
pliciter a deo petere: sed sub ꝯditione. s. si
expediant z ꝓsint. Augusti. Si tpalia pe
titis cum modo petite z cum timore. z illi
committite vt si ꝓsint det. si aūt scit obesse
non det. Quid aūt ꝓsit z obsit medicus scit
z non egrotus. Hec etiā debemus cū mo
deramine petere. Prouer. xxx. Diui. z pau
pi. ne. de. mi. sed tā. vic. m. tri. ne. Matth.
vi. Panē nostr quotidianū da nobis ho
die. i. Tbi. vi. Habentes alimenta z qui
bis ꝯtenti simus. Media sunt bona grē
tis. virtutes z dona spūssancti que solū bonis
insunt. Hec debemus simpliciter z feruēter
petere. Lu. xi. Petite z dabit vobis queri
te z inuenietis. pulsate z aperiet vobis. Su
pma sunt bona glorie. Hec tanqz finē om
nium petere debemus z tanqz ꝓfectum bo
num. Jo. xvi. Petite vt gaudiū vestr sit
plenum. Ber. Reuera illud est plenum z
ꝓfectū gaudium quod nō de creatura: sed
de creatore concipit. quod cum possideris
nemo tollit a te. cui ois alunde iocūditas
cōparata me. dor est omnis suauitas dolor
z omne dulce amar. z omne decor sedū.
¶ Quarto debet esse humilis z deuota.
Eccli. xxxv. Oro humiliantis se nubes pe
netrat. Exemplū de publicano qui iustifi
catus est. q. humiliter orauit. Hec humi
litas magis attendit qñ orans non ꝓfidit
de meritis suis sed in virtute xpi se credit
obtinere. Et hoc est quod hic dr. Si quid
pa. petieritis in no. meo rē. Et ideo etiam
in fine omnū orationū statuit eccl̄ia di
cendū p dñm nostrum iesum christū.
¶ Quinto debet esse ꝓficua oranti. aliter nō
exaudiret. Lu. xi. Si vos cū sitis mali no
stis bona data dare filijs vestris. q̄to ma
gis pater vester celestis dabit spiritū bo
num petentibus se. Exemplum de Paulo
quem xps non exaudiuit p stimulo an se
rendo. q. non petebat ꝓficuū sibi. Et hoc
est quod hic dr. Si quid pe. pa. in nomie
meo dabit vobis. Aug⁹. Nō petit in noīe
saluatoris quicquid ꝯ salutē petit. Qui
in noīe eius petit z si nō ꝯ salutē petit acci
pit qñ debet accipe. Quedam enī non ne
gant sed vt grauo denī tempe differunt.
Beda. Apostolus nō in nomine saluatoris
petijt vt temptatione careret quam ob cu
stodiam humilitatis accepat. Si. n. hac
caruisset saluus esse nō potuisset. ¶ Dex
tro debet esse digna vt orans sit dignus re
cipere vtpote amicus dei. Quia vt. d. gre
gorius. Cum is qui displicet ad interpel
landū mittit iram iudicis animus ad te
riora ꝓuocat. Exemplum de moyse cui
orante p peccato totius ppli dns dixit. Et
ex hoc suscipiam ꝑces tuas. te ꝯ nouī ex
nomine. i. ex speciali amicitia. Hec autem
dignitas in duobus attendit. s. vt orans
dimittat peccata z obediat deo. Quantū
ad ꝑmum ysidorus. Sicut nullum ꝓficit
in vulnere medicamentū si adhuc inuolu
tum ferrum sit: sic nihil ꝓficit oratio ipius
cuius adhuc peccatum in mēte vel odium
manet in pectore. Eccl̄i. xxxiij. Unus orās
z vnus maledicens cuius vocem exaudi
et dominus. Quantū ad secundum Gre.
Quid mirū si postulantes a domino tarde
exaudiunt qui ꝑcipientem dominum tar
de aut nullo mō audiunt. Prouer. xxviij
Qui declinat aurem suam ne audiat legē
oratio eius erit execrabilis. ¶ Septimo
debet esse ordinata scz vt primum petant
celestia z spiritualia. deinde terrena z cor
poralia. Matth. vij. Querite primum re
gnum dei z iusticiam eius. Sic cadit exē
plum illius mulierū qui omni mane pete
bat tria. s. sanitatem in se. z ꝓseruationem

in multis. & bonum tempus. & p his dice/
bat omni die ter pater noster. sic multi fa
ciunt qui solū tpalia petūt. Joh. iij. Da
mihi dñe hanc aquā vt nō sitiā. neq; veni
am huc haurire. Sic xps docuit ordinate
orare vt pr̄ noster. In quo omniū primo
petit̄ sanctitas & regnum dei. Math. vi.
Sanctificet nomen tuum adueniat regnū
tuum. ¶ Octauo debet esse breuis. Ja/
thei. vi. Cum oratis nolite multū loqui sic
ethnici faciunt. putāt. n. q̄ in multiloquio
suo exaudiant̄. Sic autem dicetis, Pat̄
noster qui es in celis. In quo septem pe/
tunt̄ & dicunt̄. ¶ Nono debet esse cum at/
tentione cordis. Quidā. n. dicunt solum
labijs sed minime corde. Esa. xix. Popu
lus hic labijs me honorat, cor autem illo/
rum longe est a me. Joh̄. iiij. Veri ado/
ratores adorabunt p̄rem in spiritu. Gre/
go. Si eternam vitam ore petimus, nō ta
men corde desideramus, clamantes face
mus & conuerso si corde petimus silen/
tes clamamus. Exemplum de moyse cui
dñs dixit, quid clamas ad me moyses cū
tamen moyses sileret. Exodi. xiiij. Multi
dicunt tota die, deus in adiutoriū meū in/
tende. & gloria patri. & nihil attendūt. Fi/
gura habet̄ Gene. xv. Ubi dicit̄ q̄ abrahā
abigebat aues a sacrificio. Aues sūt demo
nes qui orantes faciūt mala & vana cogita
re. qui deorant sacrificiū orōnis: vt non
referat fructū & ideo debent fugari. ¶ De
cimo debet esse continua & cum p̄seueran/
tia. Lu. xviij. Oportet semp orare: & non
deficere. Augustinus. Bonum desiderū
oratio est. & si continuum est desiderū cō
tinua est & oratio. Justus nunq̄ desinit
orare nisi desinat esse iustus. Semp orat
qui semp bene facit. Luce. xi. Si p̄seuera
uerit pulsans dabit ei quotquot habet ne
cessarios. In cuius figura mandatum est
in lege q̄ semp cauda animalis deberz po
ni in sacrificio. Eccls. vij. Melior ē finis
orationis q̄z principium. Quidam sunt
sicut chimera que habet caput leonis, me
dium capre. & caudam serpētis. qui a feruē
ter incipiunt. tepide mediant. & in fine ita
frigescunt q̄ non audent caput leuare. Et
sic p̄z que requirant̄ ad veram orationem.
Hec omnia notant̄ in hoc quod dic. Da/
bit vobis scz apostolis & eorum sequacib⁹
qui omnia supradicta decem p̄fecte habu
erunt. & ideo oīa impetrarunt. Et per hec
eadem p̄z. quare oratio frequenter non ex
audit̄. quia. s. deficiunt supradicte conditio
nes. Osee. xiij. Dabo eis regem in furore
meo. Augustinus. Exaudit̄ q̄ndoq; dia/bolus pe
tens iob ad temptandum. & non exaudit̄
apostolus petens stimulum amoueri. Et
audiuit quem disposuerat damnare & non
exaudiuit quez disposuerat saluare. Et sic
patet p̄ma ¶ Secundo tps obscuritatis
& claritatis circa opa xp̄i in humanitate. Hec
hora &c. que obscuritas & claritas p̄t qua
drupliciter p̄siderari ¶ Primo considerando vetus testamentum & nouum. quia
in veteri testamento omnia opa xp̄i fuerūt
p̄figurata in quadam nube & caligine vnde
in agno & hedo. Exodi. x. & in vnoquoq; bi/
cis quorum vnus debebat occidi. & alius
emitti in desertum. Leuit. xvi. Et similit̄
in vacca rufa que debebat occidi extra ca/
stra & ibi comburi & cineres debebant mit
ti in aquam lustrationis qua spargebant̄
immundi. Numeri. xix. Et similit̄ in ser/
pente eneo quem dominus mandauit fabri
pendi in palo. In eodez. xx. i. Cor. x. Om
nia in figura p̄ringebant illis. Hebre. x.
Umbram enim habens lex nō ipam ymagi
nem rerum. Et ad hoc significandum per
totū tempus in quo filij israel fuerunt in
deserto nunq̄ defuit eis columna nubis p
diem. Exo. xiij. Et similiter quando tem/
plum fuit dedicatum impletum est nebu
la. iij. Reg. viij. Similiter omia dicta de
xp̄o in veteri testamento erāt velata & qua
si p̄uerbia. vt dicit Basilius, aliter sūt ac
cipienda hic p̄uerbia. & aliter apud secu
lares. apud quos p̄uerbiū dr̄ p̄batū ve
bum quod ab omnibus intelligit. hic au/
tem dr̄ p̄uerbium obscurum verbū. Un/
de dr̄ p̄uerbium obscurum vobis, id
est hec in p̄uerbijs locutus sum vobis, id
est in obscuritate & in enigmate. Basilius.
Proverbior̄ nomen habere in vulgar. bo
verbis p̄suetudo hominum solet, id est, ea
que ex traditione antiqua traduntur. Sed
hec vulgi opinio est & communis. Nobis
autem p̄uerbium est sermo habens aliqd
vulgatis in apto. plurimū autem latum

contegẽs in occulto. Augustinus. Quod intelligenti est verbũ non intelligenti ẽ ꝓ uerbium. Et ſm hunc modũ omnia dicta xp̃o in veteri testamento erant quasi ꝓ uerbia. nobis aũt sunt verba ⁊ luce clariꝰ manifesta. Et hoc ad signandũ in morte xp̃i velũ templi scissum est in duo. a summo vsq; deorsum. Joh. xviij. Ego palam locutus sum mundo ⁊ in occulto locutus sum nihil. Et hoc est qđ dicit. Venit hora cum iam non in ꝓuerbijs loquar vobis sed palam de patre meo annunciabo vobis. ¶ Secundo potest considerari comparando hominẽ in statu peccati ad hominem in statu gratie. ⁊ spũalis resurrectionis. Homini em̃ existenti in peccatis omnia dicta ⁊ facta chr̃isti sunt ꝓuerbia. i. obscura ⁊ tenebrosa. Eph. viij. Tenebris obscuratũ habentes intellectum alienatũ a vita dei. ij. Pe. i. Cui hec p̃sto non sunt ce cus est ⁊ manu temptans ⁊c. Que omnia hominẽ existenti in gratia sunt clara ⁊ manifesta. Augu. Oculis egris odiosa lux ẽ que puris ẽ amabilis. Epe. v. Fuistis. n. aliqñ tenebre nũc aũt lux in dño. Spiritus em̃ sanctus revelat misteria dei. i. Cor. ij Spũs autem scrutat omnia etiam ꝓfunda dei. Grego. Sancti inẽtuz vnũ sunt cum domino sensum dñi non ignorant. i. Joh. v. Dedit nobis sensum vt cognoscamus deum vez. Cũ ponit exemplũ Grego. de radio solis transeunte p domum q facit minimos pilos videri. Simile ẽ de spũsancto existenti in anima. Hoc fuit figuratum in columna ignis filioꝝ isrl. Columna ignis erat filijs israel lucida ⁊ egyptijs tenebrosa. Et hoc est quod dicit. Ne mireris hora post resurrectionem ⁊ spũssancti missionem qñ non in ꝓuerbijs loquar vobis, sed palam de patre meo annunciabo vobis. Luce. xxiiij. Tũc aperuit illis sensum ⁊ intellectum scripturarum. Spiritussanctus etiam veniens oĩa docuit eos. Johannis. xvij. Ille vos docebit omnia. Perstatum em̃ apostoloꝝ in chr̃isti passione figurat̃ status peccatoris. quia in passione omnes peccauerũt. p statum aũt eoꝝ post resurrectionem ſignificat̃ status iuſti qui resurrexit a morte peccati. Epe. v. Surge qui dormis ⁊ exurge a mortuis et illuminabit te chr̃istus. Tertio potest considerari considerando populũ dei ad omnes alios populos qui omnes sunt cecati. ⁊ omnis scriptura est ei ꝓuerbiũ ⁊ enigma. Matth. xiij. Vobis datũ est nosse misterium regni dei. ceteris aũtẽ in parabolis vt videntes non videant ⁊ audiẽtes non intelligant. Esa. vi. Excreca cor populi huius ⁊ aures eius aggrava: et oculos eius claude ne forte oculis suis videat et auribus suis audiat. Joan. ix. In iudicium ego in hunc mundũ venio vt qui non vident videant ⁊ qui vident ceci fiant. Et quod peius in istis est. quia nec credunt. nec intelligunt se nõ intelligere ⁊ errare omnes em̃ dicunt se intelligere ⁊ habere veram fidem ⁊ nos condemnãt. quod ẽ pessima condicio. quia sic stando ⁊ credendo nunq̃ possunt saluari. Joan. ix. Si ceci essetis peccatũ non haberetis. nunc aũtẽ quia dicitis videmus peccatum vestrum manet. Populo aũt dei omnis scriptura dei est apta ⁊ non ꝓuerbium. Hebr. iij. Omnia autẽ apta ⁊ nuda sunt oculis eius. Unctio. n. docet de omnibus. vt dicit. i. Joan. ij. Act. xx. Non subterfugi q̃ minus annunciarem vobis omne consilium dei. ¶ Quarto potest considerari cõparando statum ecclesie militantis ad statũ ecclesie triumphantis. quia in p̃senti sunt omnia nobis obscura ⁊ ꝓuerbia. nec aliquid pfecte cognoscere possumus. i. Cor. xiij. Videmus autem nũc p speculum in enigmate. Eccls. vij. Dixi sapiẽs efficiar ⁊ ipsa longius recessit a me. In vita autẽ beata omnia clare videbimus. i. Corin. xiij. Nunc cognosco ex pte tunc autem cognoscam sicut cognitus sum. quia sicut deus p suam essentiam cognoscit nos sic ⁊ nos in eadem essentia cognoscemus deũ ⁊ omia ps. In lumine tuo videbimus lumẽ. Gregorius. Quid est quod nesciant qui videntem omnia vident. Et isto quarto modo exponit beatus augustinus qui ait. Possem ⁊ ego hanc horam futurum seculum intelligere. in quo videbimus eum sicuti est. quod apostolus dicit facie ad faciem. Quod ergo dicit hec in ꝓuerbijs locutus sum vobis. apostolus dicit p speculum in enigmate. Quod autem dicit. venit hora

cum iam non in ꝓuerbijs vobis loquar. sꝫ
palam de patre meo annũciabo vobis. apo
stolus dicit facie ad faciem. Et sic pater se
cundum. ¶ Tertio magna virtus ꝑfecte
orationis innuit͛ cum ait. Et non dico vo
bis q᷑ ego ro. pa. de vo. ⁊c. i. tanta virtus
erit vestre orationis facte in fide. qua cre-
ditis me a deo exisse ꝑ eternam generatio
nem. ⁊ in mundum venisse. ꝑ carnis assũp
tionem. ⁊ a mundo recedere per eiusdem
carnis subtractionem: ⁊ facte in caritate q̃
me diligitis suꝑ omnia. ꝙ nõ indigebitis
apud deum aliquo intercessore sed ⁊ ipsa
oratio vestra sic facta in fide ⁊ caritate om
nia obtinebit. Hilarius. Caret apud deũ
intercessionis necessitate perfecta de filio fi
des. que ꝙ exiuit a deo credit atq; amat. ⁊
ꝑ seipsam ⁊ que audiri meret͛ ⁊ amari na-
tum ex deo filium missum q; ꝯfessa. Augu
stinus Exiuit. n. a patre. quia de patre ē.
in mundum venit. quia mundo suum cor
pus oñdit. mundum reliquit corꝑali dis-
cessione perrexit ad patrem hominis ascē-
sione: nec mundum deseruit pñtie guber
natione. quia sic in mundum venit exiēs
a patre vt non desereret patrem. Unde si
cut ꝭm corpulentam substantiam in mun
dum venit ꝑ natiuitatem. sic ꝭm eandem
de mundo exiuit ꝑ mortem. Quãuis ista
verba. s. ⁊ credidistis quia a deo exiui. non
sunt accipienda ꝓ illo tempꝫ sed ꝓ futuro
scꝫ post resurrectionem. ⁊ post spiritussã-
cti missionem. quia vt dicit Augustinus
Nondum erant apostoli tales quales eos
dicit. nec sic credebant sed fiendi erant ta
les. Unde credidistis quia a deo exiui. id
est credetis. ꝑteritum ponit ꝓ futuro ꝓp
ter certitudinem dicti. sicut ꝓphete ꝓpter
eandem certitudinem ꝑteritum ꝓ futuro
posuerunt. Esaie. ix. Paruulus eñ natus
est nobis ⁊c. Unde Augustinus dicit ꝙ
apostoli ꝑdicta verba non intelligebant.
nec se non intelligere cognoscebant. Et iõ
dicunt. Ecce nunc palam loqueris ⁊ pro-
uerbium nullum dicis. Sed quomodo
hoc est verum. quia ipse pater amat vos.
quia vos me amastis. immo econuerso.
quia pater amat vos. ideo vos me amatis.
cum scriptum sit. i. Joh. iiij. In hoc appa
ruit caritas dei non quasi nos dilex. sed q̃-

niam ipse pri. di. nos. Ubi nota ꝙ carita-
tem ⁊ omnes virtutes gratis ex amore no
bis deus infundit. Mathei. x. Gratis ac-
cepistis gratis date. Qui ergo virtutibus
a deo sibi datis bene vtuntur. et ex amore
ipm reamant: ex hoc deus iterum diligit
eos et magis diligit. et ideo amor noster
ad deum est effectus et causa. quia a deo ꝑ
cedit ⁊ ad deum reflectit͛: ꝓpter quam re-
flexionem deus diligit nos. Prouerbio.
viij. Ego diligentes me diligo. Augusti
nus. Quia ille amat nos amamus. Ille
eñ prior dilexit nos. ergo hinc factum ē
vt diligamus. quia dilecti sumus. Per
supradicta ergo patet quanta sit virtus o-
rationis ꝑfecte. s. facte in fide ⁊ caritate.
quia ꝑ seipsam quod petit impetrat. ¶ Et
quia tempus rogationum ⁊ orationũ in-
stat ideo hic aliquid de orationis virtute B
inseramus. ¶ Ubi nota ꝙ oratio in fide
⁊ dilectione facta duodecim miracula fa-
cit. nam cogit deum. aperit celum. imperat
soli ⁊ lune. ligat elementa. fugat demones
expellit morbos. suscitat mortuos. vincit
scripturam. mutat naturam. impetrat veni
am. acquirit gratiam. ⁊ confortat gloriam.
¶ Primo cogit deum. Exodi. xxxij. Di-
mitte me vt irascat͛ furor meus ꝯtra eos.
Hoc dominus dixit moysi oranti ꝓ popu
lo. vbi dicit gregorius. Quid ē dicere ser-
uo dimitte me. nisi pensa quantum apud
me valeas. ⁊ cognosce quia obtinere po-
teris quicquid ꝓ populo oras. Esa. lxiiij.
Non est qui inuocet nomen tuum qui cõ
surgat ⁊ teneat te scꝫ per orationem. ¶ Se
cundo aperit celum. Luce. iij. Jesu bapti
sato ⁊ orante apertũ est celum. Idem pa-
tet in beato stephano qui genibus positis
orans vidit celos apertos. Act. vij. ps. lxx
xxvij. Intret orõ mea in ꝯspectu tuo. Ubi
dicit glosa. Magna est virtus orationis:
que quasi quedam nuncia ante deum va-
dit ⁊ mandatum peragit quo caro ꝑuenire nequit. ¶ Tertio imperat soli ⁊ lune.
Exemplum de Josue qui orans ait. Sol
contra gabaon ne mouearis: ⁊ luna cõtra
vallem haylon. Steteruntq; sol ⁊ luna.
Josue. x. ¶ Quarto ligat elementa. nam
ad orationem helye non pluit annos tres
⁊ menses sex. vt dicit iaco. v. iij. Reg. vij.

Tiuit dominus si erit vos aut pluuia nisi iuxta oris mei verbum. Et tres pueri i camino ignis orantes non sunt lesi. Daniel. iij. ¶ Quinto fugat demones. Luc. x. Hoc genus demoniorum non ejcitur nisi in ieiunio ⁊ oratione. Unde ad orationē fatue filie raguelis angelus raphael religauit demonium in superiora deserti. Thobie. iij. ¶ Sexto expellit morbos. Marci xvj. Super eg. ma. impo. ⁊ bene ha. Eccl. xxxviij. Fili in tua infirmitate ne despicias te sed ora deum ipe curabit te. Jacobi. v. Infirmat quis ex vobis inducat pbyteros ecclesie vt orent p eo ⁊ oratio fidei salvabit infirmum. ¶ Septimo resuscitat mortuos. Exemplū de helya qui ait. Obsecro domine reuertat anima pueri huius in viscera eius, et sic factum est. iij. Reg. xvij. Sic resuscitauit iohannes euangelistā trusianam ⁊ petrus thabitam. vt narrat in hystoria ecclesiastica ¶ Octauo vt aperiant scripturam. Exemplum de ezechia cui mortuo. ⁊ non vi. Qui conuertit faciem suam parietem templi ⁊ cum fletu orauit. ⁊ iō deus videns orationem eius ⁊ lacrimas eius mutauit sententiam. licet non p filiū. ⁊ pepercit sibi. ⁊ addiecit vite eius quindecim annos. Ysaie. xxxviij. Et per consequens aperte scriptura est victa. quam vincere difficilius est q̄ perire celū ⁊ terram. Lucę. xvi. Celum ⁊ terra transibunt verba autem mea non transibunt. ¶ Nono mutat naturam. Nam zacharias de muliere sterili accepit filium. Luce. i. Ne timeas zacharia quoniam exaudita est oratio tua ⁊ elizabeth vxor tua pariet tibi filium. Jdē patet in abraham. Gen. xxi. ¶ Decimo impetrat veniam. Nam dauid dicenti domino peccaui. ⁊ oranti p venia ait nathā aperta. Trāstulit deus peccatum tuum a te. ij. Regum. xij. Et publicanus descendit iustificatus ab oratione. Luce. xviij. Et Grego. vt dic Augustinus. Per orōnem fecit pci trayano in inferno existenti quod a seculo non est auditum. sm illud. Quia in inferno nulla est redemptio. ¶ Undecimo acquirit grām et spūmsanctū Nam orantibus apostolis spūssanctus super omnes venit. Actuū. ij. Et non solum quis per orōnem acquirit sibi grāz. sed etiam alijs. Sic monica mater Augustini acquisiuit gratiam dei augustino. Et stephanus acquisiuit orans grām et veniam paulo. Cū Augustinus dicit q̄ si stephanus non orasset ecclesia paulum non haberet. ¶ Duodecimo confert gloriā. Johan. xvi. Petite ⁊ accipietis vt gaudium vestrum sit plenum. Gaudiū plenū non potest inueniri in mundo isto sicut nec perfectū bonum. ⁊ ideo de gaudio glorie istelligitur. Augustinus. Hoc gaudiū non carnale sed spirituale est. quod quia tantum est quod ei aliquid addi non potest, penitus dubio erit plenum. Hoc fuit figuratū qñ beatus Stephanus orans vidit gloriam dei. Et quidplura? Breuiter omne bonū corporale ⁊ spirituale homo p orationem obtinebit. ⁊ ab omni malo liberat. quia petrus p orationem ecclesie fuit liberatus a carcere herodis. Actuū. xij. Oratio autez fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum p eo. Et ideo recte possumus dicere illud. Sap. vij. Venerūt mihi oia bona pariter cum illa. Et sic patet tertium. Quartum vero dimittat ad presens.

¶ De epistola. Sermo. lvij.

Estote factores verbi ⁊ nō auditores tantū Jaco. i. Quia non audire sed facere facit hominem beatum. iuxta illud. Johan. xiij. Beati eritis si feceritis ea. et in obseruantia vbi dei vera religio p̄sistit. ideo vt beati simus Beatus Jacobus in epistola hodierna tria facit. Primo ad obseruantiam legis diuine nos inuitat. In principio epistole. Secundo vanum religiosum demonstrat ibi. Si quis putat se religiosum esse. Tertio ostendit in quo religio vera consistit ibi. Religio munda ⁊ immaculata hec est. ¶ Circa primum nota q̄ tripharie homines diuidunt circa verbum ⁊ legem dei. Quidam audiūt ⁊ non faciunt; ⁊ isti sunt mali. quia sunt aciter verberandi. Luce. xij. Ser. sciens volum. do. sui ⁊ non fa. ꝛc. Quidaz nec audiunt nec faciunt, ⁊ isti sunt pessimi; quia

contemnunt ⁊ audire ⁊ facere. Et quod licet posset esse mortale peccatum. quia q̄vis aliqua ignorantia excusat. Im illud. i. Tbi. i. Ideo miser cordiaz consequutus sum. quia igno. fe. in īcredulitate. tamē ignorantia crassa ⁊ supina non excusat. immo de se potest esse peccatum mortale. cuz sepet a regno. i. Cor. xiij. Qui ignorat ignorabitur. Quidam audiunt ⁊ faciunt: ⁊ isti sunt beati. Luce. x. Beati qui audiunt verbum dei: et custodiunt illud. Ad hoc tertium genus hominum beatus iacobus nos inducit dicens. Estote factores verbi et non auditores tantum. Hoc ꝟbum vt Augustinus dicit est ille aduersarius noster. de quo dicitur Mathei. v. Esto cōsentiens aduersario tuo cito. Hoc verbuz debemus facere vt hic dicit Jacobus. et ad hoc allegat duo. Primum est malum quod homo inde incurrit si hoc non facit. Secundum est bonum quod inde consequitur si hoc facit ibi. Qui autem p̄speexerit in lege libertatis perfecte. ¶ Malum quod homo incurrit si audit verbum dei et non facit est duplex. Primo quia fallit seip̄m. Secūdo quia est alīs in exemplū. derisionis. et ideo comparatur viro consideranti maculas suas in speculo et eas nō tergenti. Fallit autem seip̄m propter quatuor. ¶ Primo quia ostendit q̄ perfectio spiritualis consistit solū in audiendo bonum quod ē falsum. Rom. ij. Non enī auditores legis iusti sunt apud de. sed factores legis iustificabuntur. Apocal. Dicunt facite illi. et non dixit sicut docuit vel audiuit. Quia si predicare verbum dei et docere impios. aut etiam miracula facere aut virtutes ostendere in nomine x̄pi non facit hominem iustum: multominus audire. sed hec non faciunt hominem deo acceptum. Mathei. vij. Domine nonne in nomine tuo p̄phetauimus. et demonia eiecimus: et virtutes multas fecimus et dicet illis. Amen amen dico vobis nescio vos. ¶ Secundo quia ostendit q̄ sicut homo perficit in sciennia per auditū: sic perficit in bonitate p auditū quod est falsum. Iaz magno tempore audiendo efficiuntur alīqui magni iudices. ⁊ magni medici. Iz magno tempore audiendo non fit homo bonus ⁊ perfectus. Hebreo. vij. Nihil ad p fectū adduxit lex. Unde abzaham non audiendo legem iustificatus ē apud deum. vt dicit apostolus ad Roma. iiij. Et israel audiendo legem ⁊ voces p̄pheratum que per omne sabbatū leguntur in lege iustis nō peruenit ad eosdem. ¶ Tertio quia ostendit q̄ sicut per legem est cognitio peccati. ita p legem vitetur peccatū quod est falsum quia lex solum ostendit vulnus sed nō sanat. Roma. iij. Per legem enim cognitio peccati. Nam concupiscentiam nesciebaz esse peccatum nisi lex diceret. non concupiscas. Roma. vij. In cuius figuram sanerdos ⁊ leuita viso sauciato pranserunt. Luce. x. Quia lex non sanat que per sacerdotem ⁊ leuitam intelligitur. sed solū ostendit. Item non solum lex non adiuuat virtute peccatum: immo incitat ad peccatum Roma. vij. Peccatum enī occasione accepta per mandatum operatū est in me omnem concupiscentiam qua nituntur in rem. Cor. iij. Litera occidit spiritus autem viuificat. Ubi dicit Augustinus q̄ plus ram intelligit omnis scriptura extra bonos existens. etiam in moralium precepz tozum qualis in euangelio continet: vbi etiaz littera euangelij occideret nisi esset interius gratia saluans. ¶ Quarto quia ostendit q̄ fides que per auditum causatur: auditus autem p verbum dei: vt dicat apostolus Roma. x. sufficiat ad salutem. qđ falsum ē. Quia vt dicitur Jaco. v. Fides sine operibz mortua est. nam demones credunt ⁊ contremiscunt. Et ideo Apter hec quatuor talis fallit seip̄m. ¶ Item ē alīs in exemplum derisionis. Valde enī esset derisendus qui tota die teneret speculum in manu ⁊ non lauaret sciennm quod haberet in facie. hic est ille qui tota die audit verbum dei ⁊ maculas peccatorum nō abstergit. Et hoc ē quod dicit. Hic comparatur viro consideranti vultum nativitatis sue in speculo. Im glosam vultuz nativitatis nostre est macula corporis ⁊ anime. in qua concepti sumus ⁊ nati. Dicit ergo q̄ considerat in speculo rationis vultum nativitatis sue: ⁊ maculas peccatorum quibus coz̄ deo ⁊ hominibz ⁊ sanctis scietes

non humiliatur ex hoc. nec curat abstergere: sed in oblitionem predictorum vadit sic: et ille qui tota die audit verbum dei et non facit. Et ideo apte dicit q talis cōparatur viro speculanti se et non mulieri. Vir enim respicit se in speculo ex quadam voluptate: et si videt se nigrum non curat se dealbare: et si videt se pallidum non curat se rubricare. Sed mulier cum magna diligentia se aspicit et speculatur. et si se videt nigrā, curat se dealbare. et si videt se pallidam, curat se facere rubeam. Et cum unguentis et diuersis coloribus facit violēter se pulchram. Et omnes maculas a se abstergit. Sic debent facere qui audiunt verbum dei. ¶ Bonum vero quod homo consequit si audit verbum dei et facit ē. q. in tali facto beatificat hic p gratiam: et in futuro p gloriam. Et hoc est quod dicit. Qui autem prosperexerit in lege perfecte libertatis tanquā in speculo. Grego. Speculum dei sunt precepta dei in quibus sancte animē se semper aspiciunt. et si q in eis sunt defectuosi aspiciunt. Unde mandatum est in lege q sacerdotes sacrificaturi in lege: seu in templo haberent specula affixa vbi lauabantur ad videndum et abstergēdum maculas suas. Exodi. xxxviij. Fecit labrū eneum cum basi sua de speculis mulieru. Qui ergo sic prosperexerit ad videndum et ad tergendū maculas beatus in facto suo erit id ē. ex facto et ope suo beatificabitur meritis sup. grā dei. Quia vt dicit apostol⁹. Grā dei vita eterna. Ro. vi. Nota hic de vigilide quomō, preter imagines speculorū plectorū in via quas respicit perdit filios suos. Sic multi non aspiciunt cum efficacia in speculo legis dei: sed totus aspectus eorū ē ad ista bona mūdi. in quibus aliqua imago veri boni relucet: quia omne bonū continetur in vero bono vt dicit boetius. et in istis tātum aspiciunt q filij eorū. id ē animē occupantur a diabolo in infernum tantus: Reuera perfecta libertas non est nisi in amando et obseruando legem dei. Jo. viij. Si māseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis et cognoscetis veritatem et veritas liberabit vos. Et hoc p quatuor. ¶ Primo quia vt dicit philosophus. Liber ē qui causa sui ē. Qui autem obseruat legem dei omnia que facit sunt ad suam vtilitatem. Ro. viij. Diligentibus deū oīa cooperant in bonum. ¶ Secundo quia qui obseruat legem dei liberat ab omni lege. i. Tbi. i. Justo non est lex imposita sed patricidis et matricidis et ceteris talibus. Aug. in regula. Nō sicut serui sub lege sed sicut liberi sub grā constituti. ¶ Tertio quia seruās legem liberatur a seruitute pcti. q est pessima seruitus a q quicunq; liberatur vere ē liber. Ro. viij. Lex spūs vite liberauit me a lege pcti. Jo. bā. viij. Si filius vos liberauit veri liberi eritis. Et quicūq; ab ea tenetur totaliter ē seruus q; oīe pctm̄ a quo quis tenet tur. piter dominat ei et quot peccata tot domini. Hiere. vi. Seruiens diis qui nō dabunt vobis requiem. Dij peccatorum sunt peccata. Ibi. iij. Quoy deus venter est. ¶ Quarto q; qui seruat legē liberat a seruitute hominum. nā träffert in ꝺitionē filij. q; seruit ex amore. Roy. xiij. Nemini quicq; debe. nisi vt inuicē dilig. Hec ē enī differentia inter seruū et filiū. q; filius ex amore seruus aūt ex timore seruit. Si autem träsit in ꝺitōem filij fit liber vt filij. Gal. iiij. Itaq; iā nō est seruus sed filius q si filius et heres p deū. Proverbi. xvij. Seruus sapiēs dñabit filijs stultis et inter fratres hereditatē diuidet. Et sic p primum. ¶ Secdo vanū religiosum demonstrat dicēs. Si quis putat se religiosū esse ꝛc. Ubi nota q vanū vt dic philosophus ē quod nō includit finē ad quem ē. Religiosus aūt ꝺr homo religatus et restrictus in opibus. Et ideo quicunq; ē sub aliqua regula pōt dici religiosus. Unde omnes christiani dicuntur religiosi. quia sub regula euangelij religātur et multa eis nō licent que alijs licent. Et ob hoc christianitas christiana religio vocatur. Quia vero clerici magis religātur, ideo magis sūt religiosi q̄ communes xpiani. Sed q; monachi et eorum sequaces maxime religantur. ideo per excellētiam vocātur religiosi. Loquitur autē hic beatus iacobus omnibus quocunq; modo religatis. qui largo modo religiosi vocantur. Omnis autem christianus ad hoc religatur sub regula:

euangelij vt habeat hic gratiam dei. ⁊ in futuro gloriam. effugiatq; penam eternā. Qui ergo non refrenat ⁊ ligat linguā suam inuanum se religauit sub regula euangelij. quia non consequetur vitam gratie ⁊ glorie. nec effugiet penam eternam. ⁊ p consequens non consequet finem propt quem se religauit. quia hunc finem habet lingua dare ⁊ auferre. ¶ Prouerbio. xviij. Mors ⁊ vita in manibus lingue. Item eodem. xij. De fructu oris sui vnusquisq; replebitur bonis. Esa. xxxij. Erit cultus iusticie silentium. Jaco. iij. Vniuersitas iniquitatis sup. est lingua. Vbi dicit glo. q; fere omnia peccata pcedunt ex lingua. quia aut impanf per linguam. aut persuadenf. aut directe committunf per linguam. aut defendunfur. Sedecim enī maxima ⁊ generalia peccata pcedunt ex lingua. scz blasphemia. murmuratio. defensio peccati. periurium. mendacium. detractio. adulatio. maledictio. conuicium. contentio. prauū consilium. dissemin arium discordie. peccatum bilinguium. indiscreta commendatio. multiloquium. ⁊ turpiloquiū. Ergo lingua custodita. anima custodiur. ⁊ non custodita aīa perditur. Jaco. iij. Si qs in verbo non offendit hic pfectus ē vir. ¶ Propter quod petijt dauid dicens. ¶ Pone domine custodiaz oi meo ⁊ os. circū. la. me. Et sic paret q; de essentia christiane religionis est custodia oris. ¶ Prouerb. xv. Sicut vrbs patens ⁊ absq; murorum ambitu. sic vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Exemplum. Cum quacunq; custodia custodiaf castrum. si solum vna porta vel vna feneſtra dimittatur aperta inuanum custoditur. Similiter quantumcūq; ligetur vrges ⁊ reparetur si modicus ptusus dimittatur apertus inuanum religatus est. Sic est in ppōsito. quia quantumcunq; homo religet sensus suos ⁊ claudat ac etiam omēs actus ⁊ impetus suos refrenet. si dimittit habenas lingue inuanum omnia facit. Jacobi. ij. Si quis totam legem obseruat. offendat autem in vno factus est omnium reus. Et maxime ad religiosos pertinet custodire linguam. Quia vt dicit apostolus. i. Cor. iij. Spectaculum facti sumus mundo et angelis ⁊ hominibus. Omnes attendūt ad verba nostra. ⁊ ideo oportet q; valde simus circunci si in lingua. ¶ Hieremie. iij. Circuncidimini domino viri iuda. Colle. iij. Sermo vester semp in grana sale sit cōditus vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuiq; respondere. Hic cadit exemplum illarum heremitarum de quibus dicit gregorius in dyalo. q; nimis molestabant seruum suum quibus beatus benedictus mandauit nisi correxeritis linguam vestram excommunico vos. que post mortez sepulte sunt in ecclesia. ⁊ cum ex more diaconus clamaret quis non communicat de locum nutrix earum videbat eas exire de sepulchris. Item aliud exemplum de illa sanctimoniali que carnis continentiam habuit. sed lingue pcacitatem nō vicit. ⁊ factum est vt mortua sepeliretur in ecclesia. Custos autē ecclesie vidit medianocte corpus eius ex buc mari ⁊ afferri aīa altare ⁊ per medium secari. ⁊ media pars igne cremabaf ⁊ media intacta remanebat. ⁊ de mane apparuerunt marmora ante altare igne combusta. Hoc in dyalo. Item ferocia caterarum bestiarum q; animalia valde ferocia catechizantur et ideo natura ad oīendum ferocitatē linguē posuit eā inter duos muros. ⁊ posuit ante eā murū ⁊ antemurale. Jac. iij. Omnis natura bestiaꝝ volucrū ⁊ serpentiū domatur ⁊ domata sunt a natura humana. linguā aut ē nullus hominum domare pōt inquietū malū. plenū veneno mortifero. ⁊ ideo refrenanda est Eccls. Verbis tuis facito staterā. ⁊ ori tuo frenos rectos. Et emplū. lingua stat in humido ⁊ ē labilis sicut anguilla. ⁊ nisi in foramine oris tenetur: tota fluit. ¶ Nota etiā q; dr. qui nō refrenat linguā suā non solū incurritma lū: sed seducit cor suū. Cuius duplex ē ratio. ¶ Prima quia ose est ostiū cordis ⁊ linguā ostiarius. Jaco. iij. Lingua g stituf in membris nostris tāq; ostiarius. Marci. xij. Ex abundātia cordis os loquit. quia sicut dñs iubet sic ostiarius respondet. Sicut ergo ostiarius intromittens inimicū prodit dominum. sic lingua ⁊ os vanum pter multiloquium intromittunt mortem in animam seducūt cor ⁊ hominem tum aīaz occidunt a qua pcedit vita. Sapie. i.

Os quod mentit occidit animā. Secundā tō. qz os z lingua deseruiunt cordi ad manifestandū ꝓceptus eiꝰ. Vñ di. philosophus ꝙ voces sunt note earū que sunt in alia passionū. Matth. xv. Que aūt ꝓcedūt de ore exeūt de corde. Sicut ergo seruitor infirmi ꝓderet eī si daret ei nociua aliqua que petit cū sit ei datus ad sanitatē recuperandā, sic lingua seducit cor si nociua q̄ cupit, ꝓfert z manifestat. qz non bñ custodit ipm. Unde lingue dr ꝓuer. iij. Omni custodia serua cor tuū qm̄ ab ipo vita ꝓcedit. Et sic patet secundum. Si vis plus de lingua dicere quere in sermone de vitijs lingue. ¶ Tertio oñdit in quo religio vera ꝓsistit. Et dicit beatus iacobus. ꝙ in duobus ꝓsistit. s. in faciendo opa misericordie. z in cauendo a peccatis seculi q̄ animā maculant. Augustinus. Due sunt partes iusticie. s. facere bonum: z declinare a malo. Tunc ergo christiana religio aliquis ēmunda quantum ad cor. z munda quantum ad opa misericordie. qm̄ duodecim opa misericordie exercet circa primum. z sic ꝑm a peccatis immaculatum conseruat. Per vnū eīm opus misericordie quod hic ponit scilicet visitare pupillos z viduas in tribulatione positos. datur intelligi omnia alia opera misericordie. qz eadem est ratio de vno z de omnibus. Nā vt dicit philosophus. Eadem est natura totius glebe z totius terre. z ꝓbatum est ꝙ tota terra est grauis. ꝙbatum est ꝙ tota glebe est grauis. Et sic patet ꝙ in duobus christiana religio consistit. Primo in faciendo opa misericordie. Dā. Deū max ime imitabit qui nihil iudicauerit esse ꝑcius q̄ misereri. Summa ergo religionis est misericordia. Matth. ix. Euntes discite quid ē misericordiam volo z non sacrificium. Sunt autem duodecim opa misericordie que in his versibus continent. Uestio poto cibo tego redimo visito condo. Consule caltiga solare remitte fer ora Sex prima sunt corporalia ad corpus ꝑtinentia. alia sex sunt spiritualia ad animaz meritū. ¶ Ad opa misericordie faciēda nos inducunt. ¶ Primum est quia per misericordiam dei graciam impetramꝰ. z in filium dei homo adoptat. Eccli. iij. Esto pupillis misericors z pī. z ꝙ viro matri illoꝝ. z eris tu velut filius altissimi obediens z miserebitur tui magis q̄ mī. ¶ Secundum est. quia per misericordiam dyabolus vincit. Augustinus. De nulla re ita vincit inimicus sic de misericordia. Ecclesia. xxix. Super scutum z lanceā pugnabit ꝙ te ꝙtra inimicū tuū. ¶ Tertiū ē qz ꝙ misericordiam facta aliis mia super ꝓprijs miserijs impetrat. Matthei. v. Beati misericordes quoniam ipi misericordiam consequentur. ¶ Quartum est: quia per misericordiam impetus peccatorū refrenat Ecclesia. iij. Ignem ardentem extinguit aqua z elemosina resistit peccatis. ¶ Quintum est quia misericordia a peccato liberat. Thobie. iij. Elemosina a morte z ab omni peccato liberat. Exemplum de cornelio cui dictum est actuum. x. Orationes tue z elemosine tue ascenderūt in memoriam in conspectu dei. Et missus ē petrus ad eum vt eum absolueret a peccatis. ¶ Sextū est. quia misericordia nō solum a peccatis sed etiā a pena peccatorum absoluit. Dan. iij. Peccata tua elemosinis redime. hic cadit exemplum de isto qui in morte vinsit equum cognato suo vt precium eius daret pro anima sua. z non fecit. Cui iste mortuus apparuit dicens. Si mississes mihi elemosinam de equo meo citius fuissem liberatus a pena. Nunc autem ad deum vado z te cito ante eum vt mihi respondeas de equo. Qui statim mortuus ē rē. ¶ Septimum ē. qz misericordia non derelinquit hominem in morte cū omnia alia derelinquūt. Ambr. Nō sunt bona hominis q̄ secū portare non potest, sola misericordia comes ē defuncto. ¶ Octauum ē quia in iudicio finali saluabit hominem. Matth. xxv. Venite benedicti patris mei ꝓcipite patū vobis regnum a ꝓstitutione mundi. Esuriui eīm z dedistis mihi mā. rē. Vñ ibi fiet solū discretatio de operibus misericordie. ¶ Nonum ē quia misericordia distribuit mānsiones in regno celoꝝ. Eccli. xvi. Dis misericordia faciet locū vnicuiq̄ ꝑm meritū operum suorum. Et breuiter misericordia ad omnia valet z hic z in futuro. i. tbi. iij. Di

etas ad omnia vtilis ẽ ꝓmissionẽ hñs vi/
te q̃ nũc est ⁊ future. Et nota q̃ nihil ẽ mi
serius aĩa peccatoris. q̃ ipa est vidua de/
relicta ⁊ pauprima. Est.n. sepata a spon/
so suo xp̃o. a pr̃e suo deo. a mr̃e sua eccl̃ia.
a fratribus suis angelis ⁊ sanctis. Treñ.
i. Omnes amici eius spreuerunt eaz. Est
etiam expoliata omnibus bonis. Job xiij. Ab eo aũt qui nõ habet ⁊ quod habet
auf. ab eo. Et ideo nulla mĩa est ita mag/
na ⁊ tã grata deo q̃ homo misereaf aĩe
sue. Eccli. xxx. Miserere aĩe tue placẽs deo
Prouer. x. Bene facit anime sue vir mise/
ricors. Et silr nihil est misertus impio nõ
miserante seipm. vt dicit aug. Eccli. xiij.
Qui sibi nequam est cui bonus erit? Se/
cundo religio chr̃istiana ꝓsistit in custodi
endo se im maculatũ a peccatis seculi que
sunt tria. i. Jo. ij. Omne qd̃ ẽ in mundo.
aut est ꝓcupiscẽtia carnis aut ꝓcupiscen/
tia oculoz. aut supbia vite. Ad hec tria oẽ
peccatũ reducif. Ista peccata maculãt a/
nimam turpiter immo efficiũt cã lepr̃osaz
ita vt nisi a solo deo mũdari possit. Esaie.
xliij. Ego sum qui deleo iniq̃tates tuas ꝓ
pter me. Ubi nota q̃ duo sunt modi ĩma
culatum se custodiendi ab his peccatis.
Unus est ⁊ magis tutus de mundo exire
id est de loco vbi mundam habitãt. Apo.
xviij. Exite de medio eius popule meus:
ne participes sitis delictoz̃ eius. quia vt
dicif. i. Johannis. v. Totus mun. in ma.
po. est. Hiere. vi. Hec est ciuitas visitatõ
nis omnis calumnia in medio eius. Et iõ
impossibile ẽ cum mundanis conuersari.
⁊ non inquinari. Grego. Impossibile est
q̃ lingua secularium mentem non inqui/
net quã tangit. Seneca. Quotiens inter
homines fui minꝰ redij. Cũ arsenius au/
diuit vocem dicentem sibi. Arseni fuge ho
mines ⁊ saluaberis. Alius modus est nõ
immiscẽri actibus mundi. Qui a vt dicit
eccl̃i. xiij. Qui tetigerit picẽ coinquinabi
tur ab ea. ij. cor. x. In carne.n. ambulãtes
nõ ꝛm carnem militamus. Et sic ꝓ ter/
tium, ⁊ consequenter totum

¶ In ascensione domini de epistola
Sermo. lviij.

Hodiẽs in

altũ captiuã duxit captiuitatẽ
dedit dona hominib. Epla ad
iij. Festiuitas hodierna ꝛm ben. est felix
clausura ⁊ toti? itinerarij filij dei ascensio
rio gl̃osa. Mar. xvi. Et dñs qdẽ ihesus po
stq̃z locutus ẽ eis assumptꝰ ẽ in celuz ⁊ se
ad dex. dei. i. recesit in gl̃a dei. q̃ p dexteraꝫ
significaf. q̃ inq̃tũ deus sedet in eq̃itate
pr̃is, inq̃tũ vero hõ manet in potioribus
bonis pr̃is. Siquidẽ dei filius ꝓpter nr̃aꝫ
salutẽ q̃tuoz itinera pegit. ¶ Primũ fuit
de celo in terrã veniẽdo. qñ carnẽ assump/
sit de v̄gine gl̃osa. Joh. xvi. Exiui a patre
⁊ veni in mundũ. Secõm fuit de mũdo ad
infer. ⁊ descẽdẽdo. qñ sedẽtes in tenebris
visitauit. Eccli. xxiij. Penetrabo omnes
inferiores pr̃es terre. ⁊ inspiciam oẽs qui
mientes. Tertiũ fuit de inferno ad mundi
alem machinam redeũdo. quãdo ꝓfectꝰ
inferis cum ꝓda magna a mortuis resurꝛ
rexit. Coll. ij. Expolians pncipatus ⁊ ptãs
tes traduxit confidenter. palã triumphans eos
in semetipo. Quartũ fuit de mũdo ad cel/
lũ ascẽdendo. qñ vt hodierna die videntib
discipulis ẽ super omia el[illegible]tamus. Act. i.
Videntibus illis eleuatus ẽ. ⁊ nu. sus. cũ
ab occu. eoz. Primũ iter fuit penosum. qz
nature hũane penalitates assumpsit. Esaie
liij. Vere languores nostros ipe tu. ⁊ do.
no. ipe poz. Secõm fuit victoriosum quia
portas inferi fregit. vbi ⁊ ligauit insanabi
lem homicidam ⁊ spolia eius diripuit
dicit Bern. Lu. xi. Cũ fo. ar. cu. atri. suã
in pa. sunt om. q̃ pos. sẽ. Aug. Manu inter
mi ⁊ affixa cruci debellauit aereas ptãtes.
Tertiũ fuit glorioſum. q̃ gloriosus ⁊ im
mortalis in anima ⁊ corpe resurrexit. Ro
vi. Christus resur. ex mor. iã nõ moritur.
mors il. vlt. nõ dominabif. Quartũ fuit
gaudioſũ q̃ cũ magno gaudio angelorum
remeauit ad celos. Psal. Ascẽdit deus in
iubilatõe ⁊ dñs in voce tube. De isto q̃/
to itinere. s. de ascẽsione ad celos ẽ sermo
hñdus ad pñs. q̃ in ꝓmissis vbis describ
bif tribꝰ modis. Et primo describif ꝓmo
sa ibi. Ascẽ. in al. Secõ describif euentus
sa ibi. Cap. dux. cap. Tertio describitur
gratiosa ibi. Dedit do. bo. Et q̃o tribus

elicium alia tria hoꝛ ꝺscectiua. Nam qꝫ virtuosa ideo admirabilis, quia fructuosa ideo mirabilis, quia vero gratiosa iō venerabilis. Est ergo ascensio saluatoris ꝟtuosa fructuosa ⁊ gratiosa. Admirabilis. mirabilis ⁊ venerabilis. ¶ Primum in quā ascensio saluatoris est mirabiliter ꝟtuosa, vt virtus hic ꝑ potentia actiua sumaf. ⁊ hoc patet ex quinqꝫ. s. ex distantia quam ascendit. ex psonis quas secū traxit ex impedimento quod remouit. ex loco vnde extraxit. ⁊ ex duratione qua sp trahit

Primo ꝟtus istius ascensionis ostenditf ex distantia quā ascendit. quia fm philosophum omnis ascensus ⁊ motus ē ab aliqua virtute mouente ⁊ tanto ascenditf velocius qꝫto virtus est maioꝛ. Exemplum in vaporibus virtute solari eleuatis: et in sagitta virtute arcus ascendente. Christꝰ autem ꝑa virtute quasi in momēto ascēdit de terra vsqꝫ ad celum empireum ifra quod ꝓter machinam elementarē sunt nouem cel, s. celum cristallinum. celum fidelium. celum saturni. celū iouis. celū martis. ⁊ celum solis. celum veneris. celū mercurij. ⁊ celum lune. Et dicit ra. moyses qꝫ quodlibet celum septem planetaruꝫ habet grossiciem quingentoꝛ annoꝛ. i. si aliquis homo iret in surſum omni die. xl. miliaria ꝓ transiret grossiciem vnius celi in quingentis annis. ⁊ inter celū ⁊ celum est spacium similiter quingentoꝛ annoꝛ. vt dicit idem ꝓ vsqꝫ ad celum empireū eundo omni die in surſum quadraginta miliaria vix ꝓ ueniret in octo milibus annoꝛ. Et nō videf hoc absurdum qꝛ hoc est verisimile ⁊ rationabile. Verisimile videf quia vt dicunt astrologi, quelibet stella est maioꝛ tota terra, ⁊ tamen videf parua vt quoddaꝫ sidera est centum. lx. vicibꝫ maioꝛ qꝫto tota terra, ⁊ tamen videtur ita paruus quod attestatur maximam distantiam esse celi a terra. Hoc etiam videf ratōnabile quia fm isaiam ꝓportionem locatoꝛum ad mutacem est ꝓpoꝛtio loci ad locum. sed bona gloꝛie que sunt in celo empireo, qꝛ ibi gloꝛia dei manifestatur excedunt in infinituꝫ bona que sunt in mūdo. ergo locus ille debet excedere istum in omni bonitate loci qꝫ si in infinitum. Sed vna de bonitatibus loci est vt dicit philosophus qꝫ sit altus. quia iuxta terram sunt multe coꝛruptiones ⁊ infectiones. ⁊ plus in paludibus qꝫ in montibus. Quia ergo inuisibilia dei ꝑ ea que facta sunt intellecta conspiciunf. Ro. i. Voluit deus ꝑ immensam altitudinem loci ostendere immensitatem boni quod ē ibi. Christus autem in vno momento ꝑ ꝓpria virtute sup omnes celos ascendit et peruenit ad magnum celum sancte trinitatiꝫ ⁊ hoc inquantum homo. quia inquantuꝫ deus fuit semper in illo magno celo. Job. xxj. Nemo ascendit in celum nisi qui de celo descendit filius hominis qui est i celo. Eph. iiij. Qui descēdit ipe est ⁊ q̄ ascēdit sup omnes celos. Et sic ascēsio saluatoꝛis oī dif fuisse magne potentie ⁊ virtutis ⁊ velocissimo transitu. ¶ Secundo hoc idem apparet magis euidēter ex psonis q̄s secū traxit. qꝛ omnes aie q̄ ascēderūt in celū vel q̄ vsqꝫ ad finem mūdi ascēdent. in ꝟtute huius ascensionis ascēdūt qꝛ sic dicit apls i. Coꝛ. xv. Si christꝰ resurrexit ⁊ nos resurgemus. Ita si christꝰ ascēdit ⁊ nos ascēdemus ⁊ multomagis. qꝛ difficilius ē resurgere q̄ ascēdere. qꝛ resurgere est super totā naturā. Jo. xvj. Si ego exaltatꝰ fuero a terra oīa trahā ad meipm. Exemplū. cuspis ferrea ponif in cauda sagitte: ꝓpter magnā potentiā arcus. ⁊ qꝫto maioꝛ ē virtus arcꝰ. tāto maioꝛ ponif cuspis Sic xps ponens multas aīas in ascensu suo magnā virtutem oīdit ꝓpter qđ petebat sponsa. cant. i. Traxe me post te cur. in odo. vn. tu. ¶ Tertio idem pz si ꝯsideremus impedimēta tractū, s. peccata totꝰ mūdi. nam qlibet peccatū mortale grauius est tota terra. qꝛ si tota terra esset vbi erat lucifer in magno tpe non descenderet. q̄ descēdit lucifer in momento ꝓpter vnum peccatū. ⁊ quare? certe ꝓpter grauitatem peccati. Sed oīa peccata nō potuerūt impedire istū ascensum q̄n hūana natura ad celū ascēderet. nō qꝫ petā ascenderent. sed petā remouit vt hoies ascendere possent. Si ergo volumꝰ virtute istius ascēsionis ascēdere ꝑmittamꝰ. qꝫ xps petm a nobis amoueat. ac etiam nos deponamꝰ. Heb. xij Propter quod deponentes omne pondꝰ

ꝛcircunſtans nos peccatū.p patientiā curramus ad ꝓpoſitum nobis certamen. ¶ Quarto idem patet ſi ꝓſideremus vnde xp̄s extraxit aīas ad ſecū aſcendēdum. qz de manu demonum p̄ncipum potentiſſimorum quoꝝ potentia omne m poteſtatē ſupat. vt dicitur Job. xli. Oſee. xiij. Ero mors tua o mors, morſus tuus ꝛc̄. ¶ Quinto idem patet ex continuitate quia quanto maior eſt virtus tanto magis durat aſcenſus ꝛ motus. vt patet in ſagitta. Sed ꝝtus iſtius aſcenſus durabit vſqꝫ ad finem mundi. donec nō ſolum animas ſed etiam coꝛpa ſanctoꝝ omnium aſcendere faciat ꝛ infinituꝫ duraret: ſi mundus nunqꝫ deficeret. ¶ Cariſſimi ſi nondū trahimur oꝛemus vt trahamur. vt di. Auguſtinus. Et ſic p̄z q̄ aſcenſio xp̄i fuit magne potentie ꝛ ꝝtutis. ꝛ ideo admirabilis Admiramur enim homines magne potētie ꝛ ꝝtutis vt Sampſonez ſalo. ꝛ ſic de ceteris. Et ideo cantat eccleſia. Stant ſuſpenſi vultibus. De aſcenſione etiam angeli admirati ſunt dicentes. Eſaie. lxiij. Quis eſt ille qui venit de ed. gra. in mr. ꝝ. ſu. Et ſic patet p̄imum. ¶ Secundo. aſcēſio chriſti deſcribit fructuoſa. qz cap. duꝝ. cap. Ubi nota quinqꝫ fructus aſcenſionis chriſti ¶ Primus eſt reductio captiuoꝝ in ciuitatem ſuam. Deutr. iij. Reducet te dominus de. t. de cap. tu. Zach. ix Tu autē in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti. t. de lacu in quo non eſt aqua. Hic cadit exemplum paulini epi nolani qui tradidit ſeip̄m ſeruum .p filio vidue. vadēs in africam. ꝛ inde reduxit oēs captiuos ciuitatis ꝛ terre ſue. Hic fecit xp̄s. Johannis. xiij. Si ego iteꝝ abiero veniam ꝛ aſſumam vos ad meip̄m. vt vbi ego ſū ꝛ vos ſitis. ¶ Secūs eſt oſtenſio vie ꝛ aptio celi Hic. ij. Aſcendit pandens iter ante eos. Heb. iij. Habentes pontī. mag. qui penetrauit celos ieſum filium dei. Siquidem añ ianuam paradiſi fuerat ꝓhibitiua rom phea collocata. quā nullus vnqꝫ potuit amouere niſi qui habet clauem dauid. qui ap̄it ꝛ nemo claudit. claudit ꝛ nemo aperit. apo. iij. ¶ Tertius eſt reſtauratio ruine angeloꝝ. Nā draco ille magnus ꝛ ſerpēs antiquus tertiā p̄tē ſtellaꝝ traxit ſecū ad terrā cauda ſua. vt patet apoc. xij. Et ſic fuit facta magna ruina in quolibet oꝛdine angeloꝝ. qz de quolibet ceciderunt. Animę autem non faciunt oꝛdinem de ſe ī vita eterna quem feciſſent ſi angeli non cecidiſſent. ſed ad ſedes angeloꝝ qui ceciderunt aſſumentur. quibus cōplens finietur mundus vt aliqui dicunt, Quamuis grego. aliter dicat. Dicit em̄ q̄ illa ciuitas ſupna ex hominibus ꝛ angelis ꝓfitat. ad quā credimus tm̄ genus humanū aſcēdere quot angelos illic ꝛrigit remanſiſſe. Sed hoc a modernis nō tenet. ꝛ magis q̄ tot aſcēdunt q̄ tot angeli deſcenderūt quorum māſiones reſeruant̄ hominib⁹ vt ab eis repleant̄. qz nō patit̄ vacuū vt vi. philoſophus. Job. xiij. In domo patris mei māſiones multe ſunt. Pſal. Judicabit in nationib⁹ im. rui. ꝛc̄. ¶ Quartus ē miſſio ſp̄ūſſancti q̄ nos inflāmaret ꝛ faceret ſp̄ū aliter viuere. Joh. vi. Expedit vobis vt ego vadā. ſi em̄ nō abiero ꝓclitus nō veniet ad vos. ſi aūt abiero mittā eū ad vos. ¶ Quintus ē meritū fidei q̄ magis meremur nō videndo ip̄m ſi in ip̄m credim⁹. qꝫ ſi ip̄m videremus. Greg. Fides nō habet meritū vbi hūana rō p̄bet experimentū ꝛ mlutomin⁹ cui ſenſus atteſtat. Joh. xx. Beati qui nō viderūt ꝛ cre. Et ſic p̄z quō aſcenſio xp̄i multipliciter fuit fructuoſa. ꝛ ideo imitabilis. Debemus. n. xp̄m aſcendentē imitari in quinqꝫ ſupdictis. ¶ Primo vt captiuā aīam noſtrā que ſub pcō venūdata fuit dyabolo in p̄mis pentib⁹ ꝛ de p̄adiſo expulſa. p gr̄am xp̄i ad patriam reducamus. ꝛ deo qui illā fecit reddamus Math. xxij. Reddite ergo que ſūt dei deo Quidā nec reducūt ip̄i animā ſuā. ꝛ alios reducere volētes impedūt. Et iſti faciunt ſic ꝛ alia q̄ videns filiū ſuū mortuū omne ſemen regium interfecit. iij. Reg̃. xi. Itē faciūt ſic maſſarius malus q̄ nō ſolum nō ſoluit debitū. ſed omī mēſe addit vſuras ſupra capitale. Eſa. i. Sup quo plagā vos vltra addētes p̄uaricationē. Secundo vt p̄ veram penitentiā celū noꝝ bis apiam⁹. Math. xi. Regnū celoꝝ vim patit̄ ꝛ violenti rapiūt illud. i. penitētes q̄ in faciendo penitētiā violentiā inferūt ſibi. Et ad hoc ſignificandū apertū eſt celū

bhanni euangeliste in pathmos pēniten/
tiam agenti. ¶ Tertio vt p̄ bonā doctrinā
& bona exēpla aīas p̄mo⁹ cadentes a ce
tu iusto⁹ ad locū gr̄e reducam⁹. i. Thi. iij
ne. in fide. in caritate. ī castitate. Quia vt
dicangu. Nullū sacrificiū ē deo ita accep/
tū sicut zelus aīa⁹. ij. Cor. xj. Ego aūt li/
beter impēdam & supi impēdar ipe p̄ ani.
mis & nō carnaliter. Sic em̄ intelligitur.
Si nō abiero paclitus nō veniet ad vos.
i. sp̄ūalia mea corpalem ab oculis vr̄is nō
abscta autē vos ad cognitionez inuisibilis
sp̄ūs nō p̄duco. & p̄ ꝛsequēs sp̄ūaliter nō
viuetis sed carnaliter quod facere non de/
bemus. Ro. viij. Debitores sumus non
carni vt sm̄ carnē viuamus. Si em̄ sz car
nem vixeritis mori. si aūt sp̄ū facta carnis
mortificaueritis viuetis. Gal. v. Qui au
tem sunt xp̄i car. su. cru. cum vitijs & pcu.
Matth. xvi. Qui vult post me venire ab/
neget semetip̄m. i. vitā carnalē. ¶ Quīto
vt p̄ fidē verā vite eterne meritū acquira
mus: q⁹ sine fide impossibile ē placere deo
Et p̄ fidē oīa possibilia sunt. Heb. xi. Tā
tm̄ p̄ fidē vic. te. op̄. sunt iu. adep. sunt re.
Quia & regnum carnis & regnū mundi &
regnum celor̄ p̄ fidem vincit. Imitemur
ergo carissimi xp̄m ascēdētē in ommb⁹ su/
p̄dictis: & caueamus stulticzare vt mī fi
lior̄ zebedei que petijt filios xp̄o cōsedere
ante & ascēderet. Matth. xx. Dic vt se. hi.
d. si. ē. Et sic patet secundū. ¶ Tertio de/
scribit ascensio xp̄i gratiosa. q⁹ dedit dona
hominibus. Ephe. iiij. Unicuicz nostrū
data e grā sm̄ mensurā donationis xp̄i. Et
ipe dedit quosdam quidem ap̄los. q̄sdam
aūt ꝓphetas. alios aūt euāgelistas. ali. pe
to pa. & do. in opus euangelij. ad consum/
mationem sanctor̄: vt sez essent in gratijs
consummati. i. pfecti. Et ideo cātat eccla.
Vita xp̄s dū ascēdit seruis suis mnas gra
tiā p̄ appēdit oīuz. Et hec fuit grār eximia
gratia qua in die ascēsionis recessurus ab
eis sc. gl̄osus & im mortalis. cui omis po/
testas in celo & in terra fuit elargita. po su/
dit marcus: nec ab eis recipe obsequia re/
cusauit. sicut viuens comedit in domo za
chei & hospitatus est cum Maria & mar/
tha. Psal. Ascendisti in altum cepis. cap.
acce. do. in hominibus. Inquantum ho/
mo accepit inqu antū deus dedit. ¶ Ubi
nota q⁹ postq̄ christus in sua ascensiōe re/
gnum suum possedit: quinq̄ maxima do/
na suis apostolis & eorum sequacibus est
largitus scilicet donum lingue. donum sci/
entie. donum constantie. donum abdican
tie. & donum potentie. ¶ Primum fuit do
num lingue quod in die pentbe. in specie
lingue dedit: vt in ore eorum omnia gene
ra linguarum nascerentur. Act. ij. Reple/
ti sunt omnes sp̄iritusancto & ceperunt lo
qui varijs linguis. Et sicut in linguis ho
minū mūdus fuit diuisus. vt p̄ī turris ba
belita p̄ linguas vnirer in fide. Jo. x. Ali/
as oues habeo q̄ nō sunt ex hoc ouili & o.
m. au. & fiet vnū ouile & vnus pastor. Itē
habuerunt donum lingue. vt verba cor tā/
gentia p̄ferrēt. Psal. Ecce dabit voci sue
vocem virtutis. Et ideo ad eor verba ho
mines p̄pungebanr & p̄uertebanr. Act. ij.
Factū est aūt vt dū petrus hoc diceret cō
puncti sunt corde & dixerunt ad petr & ad
reliq̄s ap̄los. Quid faciemus viri fratres
In eodē. x. Factū est aūt loquēte petro ce
cidit sp̄ūsc⁹ sup̄ oīs qui audierunt ver/
bum. Verba nra non tangūt cor. & nō pau/
ci p̄uertunr ad verba nostra. Itē habuerr
donum lingue vt nunc̄ in lingua offende
rent. i. Cor. iiij. Nihil mihi p̄scius sū. Ja
co. iij. Si quis in verbo nō offendit hic p̄.
est vir. Item habuerunt donū lingue vt
doctrinā altissimā p̄ferrēt vt p̄ in epistō/
lis pauli. Itē habuerūt donū lingue vt nl⁹
lus eor verbis resistere posit. Matth. Ego
dabo vobis os et sapientiā cui nō poterūt
resistere omnes aduersarij vestri. ¶ Se
cundum fuit donum scientie: q⁹ sine docto
re oīa sciuerūt. Jo. iiij. Sp̄ūsanct⁹ quem
mittet pater in noīe meo: iste vos docebit
omnia. Omnia ergo moralia & naturalia
& supnaturalia & diuina. & breuiter oīa ex/
pedientia ad salutem sciuerūt: ac etiā dono
p̄phetie claruerunt p̄ q⁹ futura sciuerunt
vt p̄ in apo. & epistolis eor. Et quare om
nia sciuerunt? Certe q⁹ illuz sciuerūt in q̄
sunt oīs thesauri & sapie & scie dei absco/
diti. Coll. ij. i. Cor. ij. Non em̄ iudicaui

me aliquid scire inter vos nisi xpm ihesuz z hunc crucifixū. Et qz scientia inflat sine caritate. i. Coz. viij. Ideo cū dono scientie habuerunt feruentissimam caritatē. Ro. v. Caritas dei diffusa est in cordibus nostris p spm̄ sanctum qui datus est nobis. Epheſi. iij. In caritate radicati z fundati. Et quia ipi habuerunt pfectā scientiam. cognouerunt q̄z grande malum est peccatum. z q̄z grande bonuz est virtus. z ideo potius voluerunt mori q̄z peccatum committere z virtutem pdere. Nos autem p nihilo habemus peccatum cōmittere z virtutes pdere. Et quare? Certe quia nō habemus pfecte cognitionem eoz que faciūt homines dum peccant. vt dz ad Heb. x. i. Coz. ij. Si. n. cognouissent nunq̄z dominum glorie crucifixissent. ¶ Tertium fuit donum constantie z fortitudinis qz firmissime steterunt in pho. nec minis. nec blandicijs cesserunt. nec aduersis sunt fracti nec pſperis elati. Phil'. iij. Scio abūdare scio z penuriam pati. omnia possum in eo qui me confortat. Cū nec demones cum temptamentis. nec principes cū tormentis. nec mundus z caro cum oblectamentis. poterūt eos a xpi caritate euellere. Ro. viij. Quis nos sepabit a caritate xpi tribu. an. angu. ꝛc. Certus sum. n. quia neq̄z mors neq̄z vita nec altitu. neq̄z pfun. neq̄z instantia neq̄z futura. neq̄z cre. a. po. n. s. a cari. dei. Sed vt nobis quia nihil est quasi quod nos separet a deo. z modica tribulatio z modica temptatio. z modica delectatio nos deficiunt z pſternūt. ij. regum. xiij. Omnes morimur sed in peccatis. z quasi aqua dilabimur sup terram ¶ Quartum fuit donum abdicantie z ptēptus omnium bonoz mundi. quia omia cōtemserunt z honores z diuitias z delicias. Phi. iij. Omia arbi. s. vt ster. vt xpm lucri. Ace. iij. Argentum z auz non est mihi. Carissimi illud fuit maximum donum. Et quis est iste tam pfectus vt omnia respuat tanq̄z nihil. immo beatū dixerūt populum cui hec sunt. Psal. Nōne ista quefiuit abrahā. ysaac. salomon. dauid. z multi alij sancti veteris testamēti. Sed hoc donuz fuit reseruatū aplis tanq̄z pfectissima res. Math. xix. Ecce nos reli. om. z secuti sumus te. ¶ Quintū fuit donum pfecte potentie. Nā sup omnia plenam z pfectā potentiā habuerunt. sed sup celū z terram z infernū sup aiaz z corpus sup homines z demones sup totā naturā z sup omnem creaturaz. Math. xvi. Tibi dabo claues regni celoz. et poz. inferi nō pualebūt aduersus eā ꝛc. Et in maiori copia acceperūt apli gratiā faciendi mirabilia q̄z xps. Joh. xvi. Qui credit in me opa bona que ego facio z ipe faciet z maiora horz faciet. Nō. n. legit q̄ xps ad vmbrā sanauerit infirmos sicut z petrus. vt patet act. v. neq̄z ad tactum vestimēti suscitauerit mortuos vt iohan. euangeli. vt in eccliastica narrat hystoria. Hoc fuit figuratū in helya z helyseo. Cū. n. helyas raptus est in celū helyseus petijt vt spūs helye fieret duplex in eo z sic factū est. vt patet. iiij. Re. ij. Helias xps helyseus qui erat cū filijs pphetarum ciborus aplorz. Et sic apparet quomō ascensio gratiosa fuit. z ideo venerabilis. Veneremur ergo carissimi donum sci entie in pphetis: quia spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. ij. Pe. i. Donum lingue in doctoribus quia non vos estis loquentes sed spūs sanctus. Mat. ci. xij. Donum constantie z fortitudinis in martyribus quia in xpo omnia vicerunt. Donum abdicantie z ptemptus in pfessoribus: quia ppter xpm omnia abdicauerunt z seipos in dei iudicio mactauerunt. Donū potentie in virginibus. quia in fragili victoriam de mundo de carne z de hoste habuerūt. Esa. xl. Qui sperant in domino mutabūt fortitudinem. Et hec omnia in apostolis ampliori ratione venerantur: quia quod sparsum est in alijs pptes in eis fuit gratiosius congregatum. Luce. xxij. Vos estis qui permansistis mecum in temptationibus meis. z ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum. id est sicut pater mihi regnum. i. ecclesiā militātem tradidit in abundantia gratiaz z honorū. ita z ego trado vobis. Joh. i. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Et sic patet totū.

¶ In festo ascensionis domini de euāgelio. Sermo. lx

Et dominus quidem ieſus poſtq̄ locut⁹ eſt eis aſſumptus eſt in celum ⁊ ſedet ad dextris dei. Mar. vlti. Sicut dicit beatus lucas in actibus. vt p̄z in ep̄la hodierna. ⁊ etiam hic tangitur dñs noſter ieſus xp̄us poſtq̄ per dies. xl. p̄bauerat ſuam reſurrectionē aplis p̄ multa ⁊ argumenta ymo p̄ omnem modū quo p̄bari potuit ⁊ debuit hodie ſexta quadrageſima die a reſurrectiōe diſcipulis recūbentibus ⁊ comedentibꝰ in cenaculo in hieruſalem apparuit ⁊ comedit cum eis. Et tunc in menſa quatuor dixit eis. Primo exp̄obrauit incredulitatē ⁊ duriciam cordis eor̄. quia his qui viderāt eum reſurrexiſſe a mortuis nō crediderūt. nec adhuc p̄fecte crediderūt. cum p̄ tot argumenta ſe p̄bauerit reſurrexiſſe. Secundo dixit q̄ irent in mundū vniuerſum ⁊ p̄dicarent euangeliū omni creature. Hec duo patent in hoc euāgelio. Tercio dixit q̄ p̄ter rent donec induerent̄ virtute ex alto. i. recip̄erent ſp̄m ſanctū. vt dicit lucas. Quarto duxit eos extra. i. iuſſit eos ire extra ciuitatem in bethaniā in montem oliueti. ⁊ tunc diſparuit. Et cum eſſent congregati in monte oliueti iterum apparuit eis. et eleuatis manibus benedixit eis. Et ſic hodierna die bis apparuit eis. Et apoſtoli q̄ fierunt ſi in hoc tempe. id eſt poſt reſurrectionē. ſtatim deberet reſtitui regnum iſrael temp̄ale vel ſp̄uale. vt dicit glo. Erāt enim diſperſi filij iſrael ⁊ nō habebant regnum nec regem p̄prium. Unde queſierunt ſi deberant reuniri in vno regno ⁊ rege ſicut tempe ſalomonis. Lu. xxiij. Nos autem ſperabamus q̄ ipſe eſſet redemp turus iſrael. Vel querunt de ſp̄uali quod fiet in fine mundi. quando iudei conuertentur ad xp̄m ⁊ regnum iſrael reſtituetur eis. id eſt vera cognitio dei in p̄ſti ⁊ in futuro. Nam iſrael interp̄tatur videns deum. Hiere. xxiij. In diebus iſtis ſaluabit iuda ⁊ iſrael habitabit p̄fidenter. Et ad hoc xp̄us reſpondet q̄ nō erat illoꝝ illud t̄pus noſſe quod ſolus pater ſciebat. Mar. xiij. De die aūt illa ⁊ hora nemo ſcit neq̄ angeli in celo. neq̄ filius niſi pater. Et cū ſic reſpondiſſet eis ait. Accipietis virtutē ſpiritus ſancti ⁊ ibitis p̄ totum mundū p̄dicādo ⁊ teſtificando mihi ⁊ mee nature. mee p̄ſone. ⁊ mee doctrine. mee morti. mee reſurrectioni. ⁊ mee aſcenſioni. Et cū hec diciſſet eleuatis manibꝰ aſcendit in celum ⁊ diſcipuli ſtabant aſpiciētes in celū ⁊ duo angeli apparuerūt dicentes q̄ ieſus nō deberet amplius redire in terram niſi iudicaturus mundū ⁊ his dictis diſparuerūt. tūc diſcipuli cum magno gaudio regreſſi ſūt in hieruſalē expectantes virtutez ſp̄ūſancti ſicut mādatū fuerat eis. Circa xp̄i aſcēſionem ad noſtram inſtructionē ⁊ edificationē ſeptem ſunt querenda. Primo quare xp̄us nō ſtatim poſt reſurrectionē aſcēdit. Secundo vbi ſtetit. Tercio quare. xl. diebꝰ ante aſcenſionē ſtetit ⁊ nō plus nec minus. Quarto q̄re de monte oliueti aſcēdit. Quinto quomō aſcendit. Sexto quare aſcendit. ⁊ quare nō ſemper hic nobiſcū ſtetit. Septimo quo aſcendit. ¶ Primo ergo queritur quare nō ſtatim poſt reſurrectionē aſcendit. cum ſtatim poſt mortez anime que bene vixit deberet celum. Ad hoc dicendum q̄ p̄pter duo xp̄s nō ſtatim ſurgens aſcendit. Primo vt p̄ multos dies ⁊ per multa argumēta ſe glorioſum reſurrexiſſe approbaret. Erat eſm hoc valde difficile credere. cum nullus vnq̄ ſurrexit glorioſus. Unde hoc mortalū pectora nullo modo ſubito capere potuiſſent cū etiam per interualla temporꝝ vix capere potuerūt Itez apoſtoli viderūt ligari linteaminibꝰ corpus eius ⁊ claudi in ſepulcro. Unde ſi ſtatim ſurgens aſcendiſſet. credidiſſent ipſum furatum fuiſſe a iudeis ne ab hom̄ibus coleretur. ſicut ecōuerſo crediderunt iudei diſcipulos ip̄m furatum fuiſſe. vt p̄ deo coleretur. Math. xxviij. Jube ergo cuſto. ſepl. ne forꝝ. xx. di. eius ⁊ fu. eū ⁊ d. pl. fur. a mor. Et ſic tota fides periſſet. Fuit ergo neceſſariū oīno xp̄m reſurrectionem ſuā p̄ multa argumenta p̄bare nepoſſeri dubitarent. Unde leo papa dicit q̄ dubitatū eſt ab iſtis ne nos dubitaremus. p̄batum eſt illis vt nos firmiter teneremus.

¶ Secundo vt diſcipulos ⁊ matrē ſuā de triſticia mortis ſue cōſolaretur. ⁊ in diſci-

pulis veram fidem spem firmam. et amorem generaret. que omnia iam perdiderāt Luce. xxiiij.. Nos autem sperabamus ꝛc. quasi dicerent. sed amplius nō speramus Quia tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. et quoniam sic oportebat christum pati et resurgere a mortuis. Luce. xxiiij. Fecit ergo christus vt verus amicus. quia recordatus fuit amicoꝝ tempore exultationis sue. Multi autem amicoꝝ p̄teritorum succedentibus pspexis obliuiscuntur vt pincerna pharaonis ioseph. Geñ. xli. Sed non christus. ps. Adhereat lingua mea faucibus meis si nō meminero tui si non ꝓposuero hierlm in principio leticie mee. ꝛc. ¶ Secūdo queritur vbi steterit christus quadraginta diebus. Ad hoc dicendum ꝙ christus resurgens a mortuis secum duxit omnes animas que ab origine mundi erant in limbo sanctoꝝ patrum. ita ꝙ ille locus omnino vacuus permansit. et steterit cū eis in hoc mundo. sed vbi steterit in tota scriptura non reperitur nec aliquis ꝓphetarum qui omnia facta christi p̄dixerūt de hoc aliqd insinuat. Nec augustinus nec aliquis doctoꝝ de hoc aliquid determinat. et hoc valde rationabiliter ꝓpter quatuor. ¶ Primo ad ostendendū ꝙ anima et corpus gloriosum non determinātur ad aliquem locum specialiter nec a loco aliquid accipiūt sed habent potestatem super omnia loca et locata. Et quando volunt ostendunt se. et quando volunt non ostendunt se. et similiter quomō volunt ostendunt se scz glorioſe: vel non. Unde christus apparens apostolis non ostendebat corpus suuz gloriosum. quia oculi mortales nō potuissent illud ferre vel videre. vt dicit Aug⁹. Unde corpus gloriosum et anima existēs in igne nihil pateret ab igne. ꝙ autem anima patiatur ab igne inferni hoc non est nisi inq̄ntum ignis ille agit. vt instrumentū diuine iusticie. sicut vnus ribaldus suspēdit vnū comitem vt ministet regis. ¶ Secundo ad ostendendū ꝙ beatitudo nō consistit i aliquo loco sed solū in visione. Unde anima beata existens in inferno et vbicz semper est in gloria eterna. Luce. xxiij. Hodie mecum eris in paradiso. Et tamē ista die anima latronis ad infernū descendit. Unde sancti dicunt ꝙ angeli quinobiscūmorantur semper sunt in gloria dei. Matth. xviij. Angeli eoꝝ in celis semper vident faciem patris mei qui in in celis est. Extremum patris mei qui in in celis est. Extremum plum. sicut sol lucens in mundo omnes tenebras fugat. et oē aliud lumen obfuscat Hic deus existens in anima gloriosa. in q̄ conūctione consistit gaudium gloriam redundā nem penam a corpore excludit et redundā ria glorie anime in corpus. Et omnē aliā delectationem insipere facit. Aug⁹. Gustato spiritu desipit omnis caro. Et ꝙ cēlum empyreum dicatur locus esse beatoꝝ hoc non est de esse glorie. sed de bene esse. ¶ Tercio ad ostendendum ꝙ nullus locus est dignus nec aliqua res de istis inferioribus est digna anima et corpore glorioso. imo ipsa excedunt omnia inferiora. Hic cadit ērā plum de sarracenis qui facit mezquitam ad videndum ossa machameti et eruditum fibi oculum qui vidit ossa eius dicens ꝙ nō est dignuz ꝙ ille oculus aliquid aliud videat. Unde de quodam legitur. ꝙ videns beatam virginem eruit sibi oculum cū quo eam vidit. et dicebat ꝙ libenter et ernerem tibi alium si eam iterum videre. tantam delectationē ipse sensit. ¶ Quarto ad ostendendū ꝙ ipse erat verus deus quē vidēs et nō magis in vno loco ꝙm in alio. ¶ Tercio queritur. quare quadraginta diebus stetit. et non plus nec minus. Ad hoc dicendum ꝙ fecit ꝓpter quatuor. ¶ Primo ad ostendendum ꝙ post ꝯsummatum hominem resurrexit a morte peccati. que vocatur resurrectio prima Apoc. xx. Beatus qui habet partem in resurrectione prima. quod fit per verā contritionem. confessionem et contritionem. nō statim ascendit in celum. sed quadraginta diebus. id est post plenariam satisfactionez. et post cōpletam penitentiam que per quadragenarium numerū designatur. ¶ Satisfactio enim est essentialis pars penitentie. Hoc fuit figuratum in helya. qui postq̄ dormierat sub iunipero et comederat panem subcinericium ab angelo sibi apportatuz. ambulauit quadraginta diebus et quadraginta noctibus antecz̄ peruenitet ad montem oreb. iij. Reguz. xix. Helyas vomicus sub

Sermo lix

tuosa. nam omnia opera eorum faciebant
vt viderentur ab hominibus & laudarent
ab eis. vt dicitur mat. xxiij. Nam et ieuna
bant & orabant & elemosinas faciebant ad
ostentationem. Ysa. vi. Non eritis sicut
ypocrite tristes exterminant enĩ facies su
as vt appareant hoĩbus ieiunantes Ibiõ
Amant enim in angulis platearum stan/
tes orare. vt videantur ab hominibus In
eodem. Cum facis elemosinam noli tuba
cinere ante te sicut ypocrite faciunt Justi
cia vero ducens ad regnũ oportet q̃ sit ꝓ
tuosa. quod tunc est quando a bona inten
tione procedit. vt scilicet homo intẽdat in
sua iusticia deo placere et proximum edifi
care et non intendat inde acquirere ventũ
laudis humane. Et de hoc xp̃us posuit ex
emplum in decem virginibus quarũ quĩ
que erant fatue non habentes oleum in lã/
padibus. quinq̃ vero prudentes habentes
oleum in lampadibus suis. Secundum
augu. lampades in manibus sunt opa bo
na in euidenti facta. Prudentes vero & fa
tue exierunt obuiam sponso xp̃o. q̃ vtreq̃
opa de genere bonorum fecerunt sed fatue
non habuerunt oleum in lampadibus suis
id est bonam intentionẽ in opibus q̃ per
rie. Prudentes vero habuerunt oleum in
lampadibus suis. quia per opa illa volue/
runt soli placere deo. Et ideo ignis diuini
amoris arsit in lampadibus earum ꝑter
quod lampades non crepuerunt. quia erat
illis oleum. Lampades vero fatuarum ex
tincte sunt. quia non erat ibi oleum. i. bo/
na intentio. s. placendi soli deo sed homĩb
et propterea receperunt mercedem suam.
et ideo remittuntur ad illos quibus opa
sua vendiderunt pro eis laudem humanã
querendo. et sic in regnum non potuerũt
intrare. quia lampades erant extincte. que
viam eis ostendebant. Quarto iusticia
eor erat austera quantum ad alios. et re/
missa quantum ad se. matb. xxiij. Alligant
enim onera grauia et importabilia. & im/
ponunt super humeros hominum. digito
aũt suo nolunt ea mouere. Unde vt ibidẽ
insinuatur in factis propr̃is deglutiebant
camelum. in factis vero alienis colabant
culicem. Mathei. xxiij. Ue vobis scribe
et pharisei. qui decimatis mentam & cuminũ, & relin
quitis ea que grauiora sunt legis. miseri/
cordiam & iudicium. Unde tales faciunt
magnos bolos de carnibus alienis. Exem
plum de lupo quando fuit abbas effectus
quõ verberauit asinum qui comedebat pe
trosilinũ in orto sacerdotis. et ipe comede/
bat quotidie alienos agnos et oues. Ju/
sticia vero ducens ad regnum oportet q̃ sit
austera in se. et misericordia plena quan
tum ad alios. Oportet ergo q̃ sit austera
in se. vt scilicet omnia mandata dei imple
at. quia vt dicitur Ja. ij. Si quis totam
legem seruauerit. offendat aũt in vno fa/
ctus oĩm reus. matb. v. Qui aũt soluerit
vnum de mandatis istis minimis & docue
rit sic homines. minimus vocabitur in re
gno celorum. i. in ecclesia iustorum qui celi
dicuntur. ps. Celi enarrant gloriam dei.
Quia in regno celorum vbi deus ꝑ gloriã
regnat. nec vocabitur minim? nec magn?
quia non intrabit. vt patet in hoc euange/
lio. Unde quantum ad regnum celi idem
est vocari minimum & non intrare vt dicit
crisо. Similiter quantum ad alios opor/
tet q̃ sit misericordia plena. mat. ix. Eun/
tes discite quid est misericordiam volo et
non sacr. biero. Audiant te homines ma/
gna facientem. et parua mandantem. Usq̃
iusticia est ceca sine misericordia. lumen
tantum iusticie est misericordia Jaco. iij.
Superaltat autem misericordia iudiciũ

Ibidem. Judicium sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam Hoc aũt ostendit xp̃us in seipso. Nam in seipso punivit peccata aliorum iuxta illud p̃s. Que non rapui tunc exoluebam. Et adultere pepercit z peccatricem magdalenam iustifficauit z petrum negantem non abiecit Unde et petro mandauit q̃ non solum septies parceret sz̃ septuagies septies. Mat. xviij. Et scribis z pharisei. q̃ p̃ contrariũ faciebant minatus est di. Ue vobis scri. z pha. qui clau. reg. dei ante ho. Vos enim non intratis et introeuntes non sinitis intrare. mat. xxiij. Unus aũt seuere iustitie triplex potest esse causa. ¶ Prima est inexpientia mali. quando enim iudex non est expertus aduersa non compatitur alijs. et per consequens seuere iudicat. qui autem expertus est misericors est. puer. xix. Homo indigens misericors est. Et ideo xp̃us vt nobis compateretur et misericorditer iudicaret voluit experiri miserias nostras hebr. iiij. Non habemus pontificez qui nõ possit compati infir. no. temp. autem p̃ omnia. Et propterea christus permisit cadere in r̃pationem petrum futurum episcopum et iudicem christianorum vt alijs cõpateretur et misericorditer puniret ¶ Secunda est inconsideratio proprie fragilitatis. gal. vi. Huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. considerans teipsum ne z tu tempteris. Si quis consideraret q̃ forte ipse in simili casu erit misereretur aliorum Si quis etiam iudicaret q̃ sicut iudicat alios ita iudicabitur et ipse. certe misereret. apo. xviij. Reddite illis sicut ipa reddidit vobis et duplicate ei duplicia secundz opera eius. ¶ Tercia est ventus humane laudis. Quidam enim intantum desiderant cõmendari esse iusti q̃ nullam misericordiam faciunt. Unde de quodaz iusticiario regni legitur q̃ proprium filium iudicauit ad suspendium vt bonus iusticiarius diceretur. Et de quodaz romano legitur q̃ dum filius suus cõmitteret culpam propter quam debebant sibi erui oculi erui sibi vnum et filio alium. vt iustus diceretur. Flat enim ventus vane glorie in talibus et accendit in eis magnum ignem vicie. ¶ Quinto eorum iusticia erat humana et non diuina. nam sicut iusticia humana. et sicut lex humana puniebat vt p̃ in lege pene talionis. exo. xxi. Oculum p̃ oculo. dentem p̃ dente. liuorem p̃ liuore. Justicia autem ducens ad regnum est iusticia diuina. que parcit penitentibus dissimulans peccata hominum p̃ter penitẽtiaz. sap. xi. Unde scribe z pharisei adduxerunt adulteraz ad xp̃m. que s̃m legem moysi debebat lapidari vt eam condemnaret. Et christus videns dolorem cordis eius z contritionem magnã dixit ei. Mulier vbi sunt qui te accusabant. nemo te condemnauit? Que dixit nẽo dñe Ait ille ait. Nec ego te condemnabo. Vade et iam amplius noli peccare. iohã. viij. Item iusticia eop erat humana. quia vt dicit cus. a pena que per legem moysi debebatur transgressoribus liberabat. sed in regnum non introducebat si cut iusticia humana seruata liberat solum a pena. Item iusticia eoz erat humana quia de iusticia sua confidebant. Scribe enim confidebant in scientia z pharisei in vite austeritate. et gloriabantur q̃ erãt filij abrae et discipuli moysi. ro. ij. Confidis teipsum ducem esse cecorum et lumen eorum qui in tenebris sunt. Justicia vero ducens ad regnum non confidit de se. sed de merito passionis christi et de eius gratia per quaz credit iustificari. i. co. xv. Gratia dei sum id quod sum. Cuius ratio est quia nisi iusticia nostra inniteretur merito passionis et gratie dei. nõ posset mereri vitam eternam que est bonum supra naturam in infinitũ Nam meriti ad premium debz esse proportio iusticia autem nostra cum sit finita z non perfecta nullam proportionem habet ad illud premium nisi inquantum innititur merito passionis christi et gratie dei. ¶ Sexto eorum iusticia erat incipiẽs et ad finem non perueniens. semper enim legebant et nunq̃ intelligebant. ij. thim. iij. Semper discentes et nunq̃ ad sciẽtiam veritatis perueniẽtes. Actu. xiij. Ignorãtes voces prophetaruz que per omne sabbatum leguntur. Nam christum cui tota scriptura testimonium perhibebat non cognouerunt. Joh. v. Scrutamini scripturas in quibus vos putatis vitam habere eternã Et ille sunt q̃ testimoniũ phi. ō me.

Et sic dicit apostolus.ij.co.iij. Usq; in hodiernum diem dum legitur moyses velamen est positum super cor eorum. Similiter semper operabantur opera legis et nō ad perfectū finem legis peruenerunt Nam vt dicit apostolus. Finis legis xps est ad iusticiam omni credenti.ro.x. Similiter finis præcepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide nō ficta.i. tbi. Sed ipi nec ad christū peruenerunt nec caritatem habuerunt sed magnum odium tantum q̄ christum occiderūt. Actu.v. Deus patrum nostrorū suscitauit iesum quem vos occidistis suspendētes in ligno Justicia vero ducens ad regnum peruenit ad finem.nam et veritatem fidei habet et in præcepto caritatis pseuerat.que est finis legis.q̄ vt dr matt.x.non qui incepit, sed qui perseuerauerit vsq; ad finem hic salvus erit bern. Sola perseuerātia est filia singularis summi regis In cui⁹ figura mandatū est in lege.leui.iij.q̄ semp cauda animalis deberet in sacrificio offerri et concremari. Multi sunt sicut statua quaz vidit nabuchodonosor. que hēbat caput aureū pectus et brachia de argento.ventrē femora de ere.crura de terra.et paruo lapis totam confregit.vt patet da.ij. Sic multi feruenter incipiunt et semper decrescunt et ad vltimum requiescunt super terrā.id ē ad terrena bona redeunt et modica tēptatio eos frangit. Si ergo volumus ad regnum celoꝝ peruenire .oportet q̄ iusticia nra sit īrriseca et extrinseca sit caritas et ñ mercenaria . sit virtuosa et ñ vēriosa sit austera quantū ad se.et misericordia plena quantū ad alios.sit diuina et non humana.sit incipiens et ad finem perueniens. Et sic patet primum // Secundo ponit supplementū speciale per quod ītellectus legis declarat di. Audistis q̄ dictū est an.ñ.occīes. Ubi nota q̄ hoc præceptum vt di.aug.non extenditur nisi ad hoīnes naz animalia omnia sine peccato occidere possumus. quod est contra hereticos. Similiter vt idem dicit aug.hoc præceptum non extendit ad omnes homines sed solum ad particulares q̄ non sunt in aliqua dignitate vel potestate constituti sed potestates et rectores et dñi libere possunt in certis casibus occidere. mutilare,pscribere.et verberare.Fm quod culpa exigit. Circa quod notandum q̄ ecclesia habet duplicem gladium scilicz spiritualem et materialem. Spiritualis est excōmunicatio.depositio.degradatio et hmōi que ecclesia p seipam exercet. Materialez autem gladium qui est occidere et mutilare cōmittit potestatibus seculi propter reuerentiam sacramentorum.ne manus eoꝝ consecrate ad dispensandum et tractandū sacramenta sanguine polluātur. Unde nathan prophera dō. volentem edificare ecclesiam deo ex parte dei prohibuit di. Nō non edificabis domum.glo.quia vir sanguinum es.ij.reg.vij.i.palip.xxij.dicitur Multum sanguinem effudisti et plurima bella bellasti non poteris edificare domuz nomini meo tanto effuso sanguine coram me.q̄ autem ecclesia hunc duplicem gladium habet p̄z lu.xxij. quādo discipuli dixerunt. Domine ecce duo gladij hic. Et christus respondit,satis est.et non dixit nō est necesse.nec dixit sicut postea dixit petro ioh.xviij. Mitte gla.tu.in vagi.o.enī qui gla.oc.g.pi. Petrus enīz tunc erat p̄sona particularis et quasi prelando voluit illuz occidere q̄ nō licet Dō autē potestates possunt occidere et exterminare malos et proscribere et condemnare patet per tria. // Primo patet per scripturā.ro.xiij. Non enim sine causa portat gladium .dei enim minister est vindex in iram ei qui male facit // Secundo idem per exempla in creaturis patet // Primum exemplum ē infuriosis .quia sunt recludendi et vinculandi ne sibi et alijs noceant.quare ergo nō sunt recludendi et occidendi qui sibi et alijs nocent furando et alios conturbando et occidendo.nam si pena augeri debet scōm quod culpa augetur Deut.xxv. Pro mensura dolicti erit et plagarum modus. Si ergo aliq magis nocent q̄z furiosi magis sunt puniē di // Secundum exemplum est in animalibus si enim lupi et serpentes sunt occidē di ne homines ledant.quare nō similiter homines qui viuunt vt lupi.et vt serpentes alios venenant quia vt di. sene Quid interest vt ex homine quis in beluam conuertatur aut sub hominis figura immanitatez gerat belue. Similiter quis morbida

sequestratur ne totum gregē inficiat. Si/
militer ergo homo malus debet bānirī et/
ab alijs bonis excludi ne alios corrūpat.
Tercium exemplum est in membris cor/
poris. nam salubriter vnum membrū ab
scinditur ne totum corpus putrefiat. simi
liter mali homines debent ampurari ne sta
tum bonum cōmunitatis conturbent et ali
os corrumpant. Tercio idem patet per
factum dei. Nam deus primos parentes
pro trāsgressione precepti expulit de para
diso. et adiudicauit eos morti cum tota po
steritate sua cum prius essent immortales
Potestas autez minister dei est vt di. apls
ad ro. xiij. Qui tanto melius iudicat quā
tomagis se conformat regule diuine Er/
go potest expellere et proscribere. et morti cō
demnare secundum exigentiam culparuz
sicut deus inuenitur fecisse. Nam deus mā
dauit q̄ ille qui contra preceptū di sabbato
ligna colligebat debebat lapidari. Nu. xv.
Similiter ille qui blasfemauerat deum is
rael vt patet leui. xxiiij. Item si deus mor
tem eternam digne pro culpa infligit. ergo
minister dei mortem corpalem pro eadem
culpa infligere potest. que quasi nulla pēa
est respectu pene eterne. Hoc etiam per le
gem humanam roborat̄ que di. priui le/
gium debet amittere qui gratia sibi concef
sa abutitur. vitam autem et quicquid ha/
bemus deus nobis contulit gratis. i. cor. iiij
Quid habes quod non accepisti? Ergo q̄
male vtitur vita sibi data contra deum et
proximum viuendo debet priuari vita Et
sic patet non solum malos homines debe/
re morte puniri. sed debent omnino occi/
di. Exo. xxij. Maleficos non patieris vi/
uere. Et peccat grauiter potestas si dignos
morte non occidit. Exemplum huius pz
in achab rege israhel qui pepercit benedab
regi sirie et vnus de filijs prophetarum de
mit ad eum di. Quia dimisisti vir̄ dignuz
morte de manu tua erit anima tua pro aia
eius .iij. re. xx. Idem patet in agag rege
amalechitar̄ cui saul pepercerat vitam et sa/
muel ipm interfecit. i. re. xv. Itez nota hic
mirabile. quia deus mandauit non so/
lum occidi malos sed etiam vsq̄ in terci/
am et quartam generationem deleri exod.
xx Ego sum deus zelotes vindicans iniq̄
tatem patrum in filios in terciam et quar/
tam generationem Hoc exemplum pater
ij. reg. xxi. quando tpe dauid facta est fa/
mes tribus annis. et consuluit dauid vo/
minum. qui respondit ei et dixit. q̄ hoc erat
quia saul contra iuramentum predecessoz
rum populi interfecit multos gabaonitarū
nec de hoc facta fuerat vindicta. Et dedit
dauid gabaonitis duos filios saulis et q̄n
q̄s nepotes filios filiozum qui remanserāt
qui suspenderant eos et statim cessauit pla
ga a populo Hoc etiam patet in ieu cui q̄
deleuit totam progeniem achab. z. lxx. fi/
hos eius decapitari fecit deus promisit fa
cere eum regnare vsq̄ in secundam gene/
rationem vt patet. iiij. reg. Et sic patet q̄
hoc preceptum solum referrtur ad personaſ
particulares quibus occidere non licet. p/
rimum aliquo modo. Vbi nota q̄ pro
rimus occiditur duobus modis scilz quā
tum ad corpus et quantum ad animam.
Quantum ad corpus occiditur tribz mo
dis Primo vite peremptione. quod fi
eri potest quattuor modis scilicet auxilij subtra
filio manu propria. et debiti auxilij subtra
ctione vt quibus incumbit ex officio iusti
re et defendere si non iuuant occidunt.
Secundo bonorum suorum ablatione. ec.
xxiij. Panis egentium vita pauperuz est
qui defraudat illum homo sanguinis est.
Tercio bonorum proprioꝝ retentōe
Am. Pasce fame morientem q̄ si non pa/
uisti occidisti Quantum autem ad alaz
similiter occiditur proxim? tribus modis
scilicet ipm ad peccatum inducendo vi/
cio vel facto ipm in peccato detinendo. et
ipm ad peccatum prouocando siue p in/
iuriam que fit ei. siue per malum exemplū
quod ei prebetur. ro. xiiij. Nolite cibo tuo i
lum perdere pro quo xp̄s mortuus est. Et
sic patet quomodo debet intelligi hoc pre
ceptum. Non occides. quod moyses anti/
quis iudeis qui egressi sunt de egipto ex
parte dei dedit. Ad hoc autem preceptuz
christus addidit per quod preceptum dez
claratur di. q̄ non solum non licet primi
occidere sz nec irasci in corde. nec signa ira
cundie ipi ostendere. Tribus aūt modis
possumus proximo irasci. preter homicidi
um de quo dictum est Dixi in corde

odiendo fratre m ad mortem vel ad perdi/
tionem rerum suarum // Secundo in vo
ce iracundiam exprimente per aliquā inter
iectionem vt heu. sicut dolor exprimitur a
tolente dum dicit heu, quod idem signat ira
cha in irascente // Tercio in voce contume
liam exprimente per aliquam vituperatio
nem. vt fatue. Et istis tribus sicut est gra
dus in culpa. ita est gradus in pena. qz ma
ius est irā aliquo modo manifestare q̄z so
lo corde tenere et maius est iram per mani
festam contumeliam indicare q̄z in corde
tenere. vel per aliquā vocē exprimere sine
contumelia In primo enim vnum est so/
lum scilicet ira. in secundo duo scilicet ira
et vox iram representans. in tercio tria. scz
ira vox iram representans z vituperij verbū
Et ideo concilium quod debetur dicenti ra
cha. maior pena est q̄z iudicium quod de/
betur solum irascenti et gehēna ignis que
debetur dicenti fatue maior pena q̄z iudici
um vel concilium. Quia vt dicit aug. in in/
dicio conuenunt iudices ad examinandū
causam et adhuc locus superest est ad eua
dendum sententiam per vias multas. in
concilio autem conueniunt ad conferen/
dum de pena examinata iam causa qua. s.
reus puniendus sit z adhuc locus superē
ad euadendum sed magis difficulter q̄z in
iudicio. gehenna vero nominat illationez
pene qua reus punitur a qua non restat ef
fugium. Sed si pro illatione contumelie
debetur gehenna. quid pro homicidio in/
fertur. quod est omnibus supradictis gra
uius Ad quod dicendum q̄ vt dicit aug.
homicidio similiter debetur gehenna. Scz
in gehenna est maior z minor pena sicut in
gloria est maior et minor gloria. quia vt
dicit aplus. i. cor. xv. Stella differt a stel/
la in claritate sic erit resurrectio mortuorū
// In fine nota q̄ hec tria scz irasci z dice/
re racha et fatue possunt esse sine peccato.
imo cum merito et cum peccato mortali si
cut accipiuntur hic. et cum peccato veniali
Sine peccato sunt quādo ex ratiōabili cā
fiunt. Quia vt dicit aug. Stoici dixerunt
q̄ in sapientem non cadit ira. nec alie passi
ones anime. Paripatetici dixerunt q̄ in
sapientem cadit ira et alie anime passionel
sed moderate et rationi subiecte Inter xp̄i
anos vero non est attendēdum si quis ira
scitur. sed ex qua causa et cui irascitur. qz si
quis ex rōnabili causa irascitur puta ꝓpter
malum quod videt fieri z non irascitur fri
sed vicio fratris. talis ira non est peccatum
imo est meritoria z vocatur ira per zelum
Quia vt dicit crisō. Si ira non fuerit nec
doctrina ꝓficit. nec iustitia stant nec crimi
na cōpescuntur. Quod pz ex formali diffi/
nitione ire. Est enī ira appetitus vindicte.
Sed vt dictum est vindictam licet inferre
malefactoribus. ergo vindictam appetere
de malis ex zelo iustitie similiter licet. p̄s.
Irascimini z nolite pec. Talis ergo est me
ritoria Sic iratus fuit phinees ꝛ sambri
et ob hoc placauit deum et meruit sacerdo
tium sempiternum. vt pz nu. xxv. Sic ergo
plurimum irascuntur ꝑntes filijs. // Cuz
peccato vero mortali sunt cum aliquis de/
liberata rōe appetit. q̄ fiat de aliquo vind
icta qualitercunq̄z contra ordinem ratio/i
nis ꝓpter malum eius. puta q̄ appetat
puniri eum qui non meruit. vel vltra q̄z
meruit. vel non fm legittimum ordinē. vl
non ꝓpter debitum finem qui est conserua
tio iustitie et punitio culpe. talis irascitur
fratri et non culpe eius et vocatur ira per
odium. Et hoc est quod hic dr. Omnis q̄
irascitur fratri suo reus erit iudicio. Talis
ira ex suo genere est peccatum mortale de
qua x̄ps d. hic. Nisi aliquis appetat vind
ictam leuem de aliquo quā etiaz si inferret
non peccaret mortaliter. vt trahere aliquē
puerum parum per capillos. Similiter si
quis nimis ardenter irascitur interius et
nimis exterius ostendit signa ire. ita q̄ ex
vehementia ire excidit a charitate dei z ꝓ
ximi peccat mortaliter. Et sic ex duobus cō
tingit peccatum mortale in ira. scz ex inor
dinato appetitu vindicte. et ex vehemen/
tia passionis ire que consurgit ex ascensio
ne sanguinis circa cor. Cum peccato autez
veniali sunt qñ ira non ꝓfecte a rōne regu
latur. vel quantum ad appetitum vindi/
cte. vt cum quis nimis aliquantuz appetit
magnam vindictam. q̄z iustitia exigat. vel
quantum ad modum irascendi vt cuz mo
tus ire aliquantulum interius vel exteri?
nimis feruescit. vel qñ motus ire antece/
dit rōez. Est eī ira materialiter diffinēdo

accensio sanguinis circa cor. et ideo quãdo subito homo accenditur absq; deliberatõe rationis sed statim a ratõne regulatur. ita q̃ non impedit rectitudinem rationis. est peccatum venale glo. sup illud. ps. Iracimini et nolí. pec. di. Venialis est ira q̃ nõ perducitur ad effectum. Et sic patet secundum ¶ Tercio ponitur consilium salutare per quod modus fiendi boni declaratur di. Si offers munus tuum ad altare id est in conspectu dei ad christum qui altare dei dicitur. iuxta illud hebr. xiij. Habemus altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt scilicet corpori quorum deus venter est Quodcunq; munus sit siue ab obsequio in seruiendo xpo. siue a lingua in predicando et laudãdo christum. siue a manu in dando bona pauperibus propter christum. Nã triplex est munus. scilz. ab obsequio. a lingua. et a manu Et ibi recordatus fueris q̃ frater tuus habet aliquid aduersum te. quia iniuste offẽdisti eum. quocunq; modo siue verbo siue facto offenderis eum. Relinque ibi ante altare munus tuum. i. ante christum. vt scilicet habeas propositum firmum seruiẽdi deo. Tunc enĩ relinques ante altare munus tuum. cum propositum tuum est firmum ante deum vt ei seruias Sed vt gratiosius et fructuosius sit seruicium satisfacere debes primo fratri si presens est. si autem est absens vadas ad eum in mente tua. vt scilicet habeas firmum propositum cuz obtulerit se facultas ei plenarie satisfaciendi quia vt dicit Hilarius non oportet q̃ vadas vltra mare. si ibi est quẽ offendisti ad reconciliandum sibi pedibus corporis. q; motibus animi Et vt di. crisо. Debemus ergo reconciliari sicut offendimus. vt si verbo offendimus. verbo reconciliemur. et si facto facto. Et tunc munus nostrum erit acceptum valde coram deo. et merebitur vitam eternam. In cuius figura dominꝰ mãdauit q̃ sacerdotes et leuite sacrificaturi in templo prius deberent lauare manus et pedes. et habere specula affixa in labro eneo vbi lauabantur in quibus respicerent et abstergerent omnes sediratos. vt patet exo. xxv. et. xxxviij. Et sic patet tercium et consequenter totum. de epla cuiꝰ deci

¶ De epla. ¶ Sermo. lxxviij.

QVicunq; baptizati sumus in xpo ihesu in morte ipius baptizati sumus ro. vi. Sicut dicit apls. i. cor. xiij. Qui ignorat ignorabit et ideo doctor et pastor debet esse valde solicitus in docendo. ne ppl̃i ignorantia sibi imputetur ad cõdemnationẽ. ezech. iij. Sanguinem vero eius de manu tua requiram. Propter rea dicit apls. i. cor. ix. Ve mihi si non euãgelizauero. necessitas enĩ mihi incumbit Similiter ppls debet esse valde solicitus ad vitandum ne propter ignorantiam damnetur et malum agat. esa. v. Propterea captiuus ductus est ppls me. eo q̃ sci. non ha. Et ideo apostolus doctor gentium in fide et veritate fuit valde solicitus nos docere omnia necessaria ad salutem act. xx. Non enim subterfugi quo minus annunciarẽ vobis omne consilium dei. Principium aũt et fons salutis anime sine quo nemo saluari potest est baptismus. ioh. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spi. n. potest intrare. reg. dei. Et ideo in epla hodierna de baptismo p̃dicat apostolus vt ipm cognoscamus et cognoscendo in ipo ambulemus et ablutionis virtutem illibatam conseruemus In qua quidem epla apostolus quattuor facit. Primo innuit formam baptismi et virtutem eius quã tenere debemus In principio epistole. Secundo ostẽdit quõ in baptismo xpo mortuo configuramur et similes ei esse debemus ibi. Consepulti enim sumus cum illo p baptismum in mortem. vt quomodo resurrexit xpus a mortuis. p gloriam patris. ita et nos in nouitatem. Tercio ostendit triplicem fructum si hanc similitudinem illibatam conseruemus ibi. Si enim cõplantati facti sumus simili mortis eius Quarto illum triplicem fructum hortatur apls romanos quibus loquebatur habere et in illis omnes nos q̃ tenus nos habere velimus ibi. Ita et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato viuere autem deo in christo ie. do. no. ¶ Primo ergo innuit apls formam baptismi et virtutẽ eius di. Quicunq; baptizati sumus in christo ihesu. i. formam baptismi quã tradidit christus ihesus Que est patre vel matrine. ego baptizo te in no. pa. et fi. et spũsancti. vtz. mat. xxviij.

Docete inquit omnes gentes bap.e.ī no. Pet fi.7.s.s. Vel in baptismo quem instituit iesus christus, et quantum ad materiaz et quantum ad formam. quia nisi fiat in aq̄ et supradicta forma verborum seruetur nō est baptismus. Vel in baptismo in quo operatur iesus christus, quia virtus baptismi non est ab aqua. neq̄ a verbis. neq̄ a baptisante. neq̄ a baptisato sed a iesu christo. Cuius mediante aqua et verbis christi conferat virtutem in baptismo. Vñ aqua et verbum non sunt mediuz per quod baptismus operatur sicut per causam efficiē tem principalem sed sunt medium in quo confertur salus. et sine quo baptismus nō confertur. Quicunq̄ ergo sic baptisati sumus in morte ipius christi baptisati sum? id est in efficatia et virtute mortis christi baptisati sumus. quia virtus mortis christi in baptismo operatur et per baptismū nobis applicatur. quod patet quia omnia illa que mors christi habet efficere in nobis. in baptismo et per baptismum nobis applicantur et effectum habent et nō ante baptismūm. Ergo baptismus habet efficaziam et operatur in virtute mortis christi Et quia causa primaria magis est influēs supercausatum cause secunde ideo potius debemus dici baptisati z mundati in morte christi q̄ in baptismo. Sunt autem nouem que habet in nobis efficere mors xp̄i que in baptismo nobis conferuntur. Primum est mundatio anime a culpa et macula peccati. Nam xp̄s pendēs in cruce omnia peccata deleuit apoc.i. Lauit enī nos a pec. no. in san. suo. Hec mundatiō cōfertur nobis in baptismo. Vnde baptismi sicut lauat exterius corpus sic mundat interius animam. ezech. xxxvi. Effundam super vos aquam mundam z mundabor ab omnibus. ve. Secundum est ablatio pene quia christus pendens in cruce sustinuit penam sufficientem pro omnibus peccatis que facta erant vel fieri poterant. imo sustinuit penam excedentem peccata centūmilium mundoz. esa. liij. Vere lāg. no. ipe tulit z do. no. ipe p. Et infra. Et do. po. in eo iniq. o. no. In huius figura vt dicit aug. de latere christi pendentis in cruce exiuit sanguis et aqua vt patet. iob. xix. Sanguis solutionis z redemptionis aqua ablutionis. Et in huius signum di. apls ad col. ij. q̄ christus cyrographum deliciq̄ erat contrarium nobis tulit de medio z affixit illud cruci. Nam quando solutum est debitum cyrographuz dilaniatur. Hoc totum in nobis bap. operatur in virtute passionis christi. Quia vt dicit aug. In puulis delet peccatum originale. in adultis originale et actuale. Et ideo baptisato nulla penitentia est iniungenda. Ex cōtra. Peccatum non potest ordinari nisi per penam vt dicit aug. Et similiter sicut nullum bonum manet irremuneratum. ita nullū malum remanet impunitum. vt dicit augustī. Et dicendum q̄ peccata eorum qui baptisantur punita sunt in corpore christi in cruce. cuius membrum efficitur homo in baptismo. Unum autem membrum bene potest pati penam pro alio. Nam caput amputatur pro vulnere q̄ manus inflixit. Tercium est refrenatō concupiscentie male. Nam christus pendens in cruce enervauit et confregit vires peccati vt vltra nō dominentur. vt dicit aug. Et in huius figura vt ipe augustī. di. mandauit dominus moysi vt suspenderet serpentem in ligno vt patet Nu. xxi. Serpens venenans homines est ipm peccatum occidens homines in anima quod suspensuz est in ligno crucis. Suspensus autem vel crucifixus non habet vires nisi soluatur. sic homo nisi recedat a cruce. peccatum non potest ei nocere. Peccatum solum in cruce est ligatum. alibi autē vires habet magnas. Hoc confertur nobis in baptismo. nam per di gratiam que in baptismo confertur concupiscentia refrenatur. et peccatuz perdit vires nec vltra potest nobis dominari nisi velimus. Et hoc p̄z in alijs nationibus que baptisate non sunt. nam concupiscentia magis feruet in eis. et peccatum magis dominatur eis q̄ bis qui in virtute baptismi se ꝓseruant. Patet etiā hoc in peccatoribo quibo peccatuz dñatur. nā xp̄iani peccatores exciderūt ab hac virtute. Quantum ē liberatio dyabolice ptātis Nā xp̄us in cruce vicit dyabolum et totū exercituz eius augustī. Manu inermi et affixa cruci vel. aere. po. Et religauit eum in inferno

vt patet apoc.xx.esa.xxij. Verumtamen in inferno detraberis in profundum laci. Et per consequens nos omnes a ptāte dyabo li eripuit.col.i. Qui eripuit nos de ptāte tenebrarum et tran.in reg.fi.d.s. Hoc au tem nobis in baptismo confertur.quia cū dyabolus nobis non dñetur nisi per pecca/ tum Et peccatum in baptismo tollaturvt dictum est.liquet q̄ in baptismo a dyabo li potestate eripimur.vnde cantamus, ca/ put draconis saluator contriuit in iorda/ nis flumine ab eius potestate nos omnes eripuit Hoc fuit figuratum exo.xv.quan do in mari rubro pharao cum toto exerci/ tu suo submersus est, Mare rubrum est baptismus rubricatus sanguine christi.ps Contriuisti capita draconum in aquis V Quintum est vestitio honorabilis vestis virtutum. Nam christus in cruce confecit mirabilem vestem virtutum Quia vt di. aug.omnes virtutes fuerunt in cruce nec exemplum alicuius virtutis ad informan dam vitam nostram totam abest a cruce, Hec vestis fuit figurata per tunicaz incō sutilem christi quam christus reliquit pec catoribus induendam que non potuit.sci di.quia nullus potest eam habere per pres nisi totam. Hanc tonicam induit nobis ī baptismo deus.quia baptisato omnes v tutes infunduntur. In baptismo homo nascitur ad vitam gratie et exuit totam ve stem veterem et ideo remanet nudus pro pter quod deus pat ei dictam vestem mi rabilem.que nunq̄ putrescit que renouat de die in diem que tenet hominem calidū in amore dei.que custodit eum ab omni le sura.et facit dignum nuptijs sponsi eterni quam quicunq̄ non habuerit de illis nu/ ptijs cum damno et vituperio expelletur Mat.xxij. Amice quō huc intrasti non ha bens vestem nuptialem. Et in signum hu ius inoleuit consuetudo q̄ compatres et cōmatres donant tunicā puero quē ad ba ptismum tenuerunt V Sextum est aptio celi. Nam xp̄s in cruce aquit celum. in eo q̄ obstaculū.s.peccatum quod non phibe bat intrare amouit et virtutem introeundi cōtulit Totum hoc fit in nobis in baptis/ mo.ad quod significandum xp̄o baptisato aptum est celū, vt p̄z matb.iij.quare enim tunc aptum fuit celum.cū nec ingredi nec egredi aliquis de celo debebat nisi qui si/ gnificauit q̄ baptisato celum aperitur. V Septimum est habitatio totius trini/ tatis. nam in cruce tota trinitas in xp̄i hu manitate fuit,quia vt dicit august.indiui/ sa sunt opera trinitatis. Cuius enim passis sunt opera trinitatis. Cuius enim passis soli filio appropriet et solus filius dica tur passus.tamen tota trinitas fuit passio/ nem opata sicut et incarnationem.iohan. xiiij. Non credis quia ego in patre et pat in me est ibidem. Pater in me manens ip se facit opera Et similiter est de spiritusan cto. Hec autem habitatio trinitatis et vi/ unitatis in christo non fuit cognita nisi p mortem christi.quia in morte omnia ele/ menta testata sunt christum esse verū de um. Unde ille centurio dixit, Vere filius dei erat iste.iob xix. Et ideo trinitas dei deitas christi nō habitauit in cordibus ho minum p̄ veram fidem nisi p mortem xp̄i Et ideo christus ait.iob.xvi. Expedit vo/ bis vt ego vadam, Si enim nō abiero pa raclitus non veniet ad vos. Et nisi forma/ humanitatis subtraxero meot verum dei um non cognoscetis. vt dicit gre. Hec aūt habitatio fit in nobis in baptismo quia p baptismuz et ī baptismo fit homo templū dei.i.Cor.iij. Templum dei sanctum est quod estis vos Ibidem. Nescius quia tē plum dei estis et spiritussanctus in vobis habitat. Nam in baptismo mūdatur anim ma ab omni peccato et virtutibus adorna tur.vt dictum est.et per consequens fit di gnum habitaculum dei, Et ideo in colla/ tione baptismi trinitas inuocatur.t hoc fu it figuratum in christo baptisato.nam ibi trinitas apparuit.pater in voce.spiritussan ctus in columbe specie.et filius in huma/ nitate. Octauum est adoptio filioz dei q̄ facta fuit in cruce.naz christus in cruce fe cit pacem inter deum et hoiem et ad ma/ gnum amorem dei reduxit hoiem intantū q̄ deus adoptauit eum sibi in filium. Et iō statim xp̄o mortuo hereditas filij data est homi.scz vita eterna.qz vt di.apls ad ro. viij. Si filij et heredes.he.quidem.dei co heredes aūt xp̄i.luce.xxiij. Hodie mecum eris in paradiso.id est sicut filij adoptiuo eris heres glorie patris mecum. Hec aūt

adoptio fit in baptismo. quia ibi renascim̃ in filios dei. in vtero ecclesie. ⁊ ideo extūc vocamur christiani. i. filij et patres xp̃i. i. io. ij. Videte qualem ca. d. n. d. vt filij di no. ⁊ simus. Gal. iiij. Quoniam autem es. fi. dei. mi. di. i. fi. ī corde v̄r. cla. abba pater. Et in huius figura super christum baptizatum venit spūs di. Hic est filius meus di lectus. ¶ Bonum est consignatio electoꝝ bis nam latro pendens ad dexteram xp̃i et credens vere ipm esse filium dei ⁊ innocenter patientem. deuote se ei recōmē dans. signauit omnes electos qui per christi passionem saluabuntur. latro vero pendens ad sinistram et blasphemans eum. nec in eum credens signauit omnes reprobos qui ex passiōe christi nihil boni reportabūt sed malum. Hec autem consignatio fit in baptismo. nam in eo imprimitur caracter christianorum ab alijs in anima existens. per quem homo fit abilis ad recipiendum sacramenta ecclesie nam sine tali nullum sacramentum potest quis accipere. Et hoc figuratur per hoc ꝙ in baptismo inungitur baptizandus in modum crucis. quia in baptismo recipitur caracter vt quoddam signum crucis distinctiue vt aliqui cruce signantur ad aliquid speciale. ezech. ix. Signa thau super frontes virorum dolentium et gementium. Et sic patet primum ¶ Secundo ostendit quō in baptismo xp̃o mortuo configuramur et similes ei esse debemus quia immersio pueri in aquā. significat sepulturam xp̃i et trina immersio signat triduum sepulture xp̃i. et erectio pueri de aqua signat resurrectionem xp̃i. Ergo ī eo ꝙ in aqua immergimur cōsepelimur xp̃o mortuo vt deinceps mortui simus mūdo. et in eo ꝙ de aqua eripimur consurgimus cum xp̃o de morte scilz peccati. Quō ergo xp̃s resurrexit a mortuis per gloriā patris id est ad honorem et gloriam patris ita ⁊ nos postēs in baptismo mortui fuerimus omnibus peccatis et mundo et vite veteri que est secundum carnem debemus resurgere de morte culpe ad vitam gratie. ⁊ in nouitate vite spiritus ad dei honorem et gloriam ambulare. ephe. v. Surge q̄ dormis et exurge a mortuis ⁊ illuminabit te xp̃s. Dicitur autem vita spiritus nouitas vite quia vt dicit aplūs. i. cor. xv. Primus quod animale est deinde quod spirituale Et ideo vita spiritus dicitur nouissima vita. i. cor. Ibidem. Primus homo de terra terrenus. secundus homo de celo celestis. Et ideo sicut portauim⁹ imaginem primi hominis ita portemus imaginem secūdi hominis. scilicet christi qui secundum deum creatus est in iusticia ⁊ sanctitate cuius filij facti sumus. et quem in baptismo promisimus imitari. ephe. v. Imitatores dei estote sicut. filij dei charissimi ¶ Hec autem nouitas vite in decem consistit. ¶ Primo in baptismi susceptione. Johan. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. non potest introire regnum dei ¶ Secundo in membrorum mortificatione. ij. cor. iiij. Semper mortificationem christi circumferentes. vt ⁊ vita ipius in corporibus nostris manifestetur ¶ Tercio in bonorum et viciarum mundi renunciatione Luce. xiiij Nisi quis renun. omni. que pos. non potest meus esse discipulus ¶ Quarto in mādatorum dei obseruatione Math. xix. Si vis vitam ingredi serua mandata ¶ Quinto in iniuriarum dimissione. Luce. xvi. Dimittite et dimittemini ¶ Sexto in dei et proximi perfecta dilectione. Math. xxij. Diliges dominum de. tu. ex. tō. Et proximum sicut teipsum. ¶ Septimo in vere penitentie assumptione. lu. xiij. Ita dico vobis nisi penitentiam ege. omnes simul pibitis. ¶ Octauo in mortis meditatōne eccle. vij. Memorare nouis. rua et meter. non pecca. ¶ Nono in passionis xp̃i recordatione. Tre. iij. Memorare paupertatis. et transm. absin. ⁊ fellis. Memoria memor ero et ta. in me ani. m. berū. Visa xp̃i passione quis est tam delicios⁹ qui nō cōtineat. tam malicios⁹ qui non abstineat. quis tā iracundus qui nō cōdonet ¶ Decimo in vite eterne certa expectatōe. tho. ij Filij sanctorum sumus ⁊ vitam illaz expectamus quam deus daturus est his qui fidem suā nunq̄ mutant ab eo. ps. Credo videre bona dñi in ter. viuē. Et sic p̄z p̄m ¶ Tercio ostendit triplicem fructuz si sic

in hac vite nouitate ambulauerimus per quam christo simulamur. ¶ Primus est resurrectio prima scilicet gratie. apoca. xx. Beatus qui habet partem in resurrectiõe prima Quia si complantati.id est simul plantati facti sumus similitudini mortis iesu christi et hoc in baptismo.simul enim? complãtati facti similitudinis resurrectionis eius id est si in plantatione qua p̃ baptismum plantamur in ecclesia dei fuerim? similes morti christi.vt sicut christus semꝫ mortuus est ⁊ mors illi vltra non dominabitur.ita et nos postq̃ semel fuerim? mortui in peccatis et delictis nostris.et ab ipis in baptismo fuerimus mundati.non moriamur amplius in peccatis.tunc erim? xpo similes resurgenti.qui resurgens a mortuis iã nõ moritur Et sic habemus resurrectionem gratie similem resurrectioni christi in nouitate vite firmiter ambulantes.⁊ sic semper cum domino erimus.quia ⁊ in morte ⁊ in vita sumus ei similes ¶ Secund? fructus est enervatio ꝯcupiscentie ⁊ destructio peccatoꝝ.quia in tali complantatione et similitudine mortis et resurrectiõis xpi que fit in baptismo.per quam in nouitate vite ambulamus.vetus homo noster.id est concupĩa carnis,qua vetus homo dicitur.quia a vetere homine adam tracta est. crucifigitur.id est per gratiam dei auferuntur ei vires,vt nobis dominari non possit et corpus peccati.id est congeries peccatoꝝ similiter destruitur in baptismo vt dictuz est vt nobis dominari non possit,nisi velimus.quia qui mortuus est peccato scilicz in baptismo,iustificatus et mundatus est ab ipo peccato.et quantum ad culpam et quantum ad penam.vt dictũ est. Vel aliꝫ et melius dicendum est q̃ hic reddit rõnẽ istius primi fructus.quia si concupiscẽtia carnis est debilitata et refrenata.ita q̃ non põt nos cogere ad peccandum.et congeries peccatorum est destructa potemmus eẽ similes xpo resurgenti.vt scilicet amplius non moriamur peccato a quosumus iustificati et mundati. ¶ Tercius fructus est resurrectio secunda,scilicet gloria quia credimus veraciter q̃ si mortui fuemmus in hac vita mundo et peccatis sicut christus mortuus fuit ⁊ un xpo et,pter xpm mortificauerimus membra nostra viuemus simꝫ cum christo vita beata ⁊ perpetua.qua xps viuit.quia ipe resurgens a mortuis nõ amplius põt mori.neq̃ mors põt ei dominari Nã q̃ mortuus est peccato.i.propter peccatum tollendum et destruendum mortuus est semel.id est vna eius mors sufficit ad peccatum tollendum et homines iustificandum. Hebr.x. Una enim oblatione consummauit in sempiternum iustificatos Sed q̃ modo viuit viuit deo,id est in deo qui est vita perpetua.ioh.xi. Ego sum resurrectio et vita Et sic q̃ mortuus fuit semel hoc fuit inquantum homo vt p̃o homine satisfaceret,Sed modo viuit inquantum deus qui est vita eterna.⁊ mori non potest qua vita etiam nos viuemus io.xvi. Volo pater quos mihi dedisti vt vbi ego sum et illic sint mecum scilicet in eadez vita.Et sic patet tercium ¶ Quarto iſtum triplicẽ fructũ hortatur apls romanos quibus loquebatur habere et illis omnes nos.quia oẽs debem? nos existimare in vita ista mortuos esse peccato et mundo,⁊ viuẽtes deo id est ad honorem dei. Col. Mortui enim estis mundo et vita vestra abscondita est cum xpo in deo Et hoc est q̃ ipe d. in christo iesu id est in forma ⁊ exemplo christi iesu id est in virtue iesu christi.quia sine ipo viuere non possumus.iobã.xv. Sine me nihil po.fa. Et sic patet quartuz

¶ Dominica septima de euangelio

Sermo. lxxviij.

Quz turbamul

ta esset cuz iesu nec ha. quod mã. conuo. dici,ait illis misereor super turbaz ⁊c.mar.viij. Sicut patz io.vi. Christ? vocat se viuũ,⁊ verũ panẽ. Ego sum inq̃t panis viu? q̃ de celo descendi. Et q? duplex ẽ vita.s.aie ⁊ corpis,ideo dupliciter nos pauit scz quantũ ad aiam exẽplo caritatis et verbo veritatis nos informando. act.i. Cepit iesus facere ⁊ docere. Et quantũ ad corp? pane materiali faciẽdo vt in hoc euan.pz In quo quidẽ euãgelio quatuz tenent. Primũ ẽ xpi miseratio sup turbaz indigẽte. In pncipio euãgelij. Ecce dñs discipl'oꝝ dubitatõ sup potẽtia dei oia valente ibi. Et respõderũt discipuli sui. Vi

ilos quis poterit hic saturare panibus in solitudine. Tercius ē christi interrogatō vt refectionem miraculosam faceret euidentem. ibi. Quot panes habetis? Quartus est modus quem tenuit sup refectionem quam mādauit apponi ante turbā famescētem ibi Et prece. tur. discu. sup ter. t accipiens septem panes gra-agens. fre. t de. di. f. vt ap. Quinto subiungit euangelista numerum spectarum de reliquijs sublatarū et numerum manducantium ad dei gloriam et nostram instructionem ibi. Et fuit. quod supa. de frag. sep. spor. erāt autem q triand. quasi quattuor milia et di mi. e.

Sermo ergo ponitur dei miseratio super turbam indigentem. quia turbe non habē tis vt comederet misertus est. Et hoc ē miseros super turbam t cetera. Et quia omnis creatura debet creatorem suum sequi. ideo filius dei posteā misertus ē hominis omnis creatura misera est ei. Olim enī erant quattuor incompassibilia homini. s. deus. angeli. celum et mors. Nam deo hominē sibi reconciliare nolebat angeli animas nostras ad celum deportare recusabant. celum erat homini clausum. t mors omnes ad tartara demergebat. Sed postea deus homini est misertus eum sibi reconciliauit. angeli animas nostras ad celum deportant. celum manet apertum. et mors nisi volentes ad tartara demergit. Et tanta fuit dei miseratio circa homines q hec quattuor placauit t sibi compassibilia fecit. Et hoc est quod dicit. Misereor super turbam. et volo q omnis creatura eius misereatur.

Notandum autem q quatuor mouerunt christum ad turbe misereri dum et pascendum. scilicet proprietas naturalis. numerositas popularis. penitentia salutaris. et indigentia familiaris

Primo fuit proprietas naturalis Christi enim fuit verus deus et verus homo. ex quo autem parte fuit misericors Nam inquantus homo processit ex progenie dauid. cuius misericordia et clementia in scriptura magnificatur et predicatur. Esaie. lv. Misericordias dauid fidelis Et. i. ma. cha. ij. Dauid in sua misericordia cōsecutus est sedem regni in secula. Et hoc allegauit chananea petens misereri filie sue dicens. Miserere mei fili dauid. mat. xv. quasi di. Ex parte tuo habes q sis misericordissimus. Hoc etiam allegarunt milites benadab regis syrie dicentes. Audiuimus q reges israel clementes sunt. tc. vt patet in libro regum. Similiter inquātum deus omnino sibi est proprium t naturale misereri. gre. in collecta. Deus cui proprium est misereri semper et parcere. ps. Miserationes eius super omnia o. ei. Punire autem est extraneum et alienum deo. Esa. xxviij. Vt faciat opus suum alienum est opus eius ab eo. Opus dei est omnia ordinare. quia sapientissimus est. cuius proprium est ordinare. Sapien. xi. Omnia constituisti in numero pondere t mensura. Peccatum autem non aliter nisi per penam ordinari potest per quam reducitur ad ordinem iusticie. Et ideo deo vt hoc opus suum faciat. scilicet vt reducat peccatorem per penam ad ordinem iusticie. alienum est hoc opus suum. scilicet punire ab eo id est sibi non competit secūdum naturam. Et ideo deus inuite punit et cum dolore Esa. i. Heu consolabor ego super hostibus meis et vindicabor de inimicis meis. Et ideo multum expectat peccatores. vt non puniat sed misereatur eorum esa. xxx. Propterea expectat deus vt misereatur nostri. Exemplum de ape que naturaliter mellificat. et concitata pungit. sic facit deus. Nam in principio omnib creaturis magnam gratiam et misericordiam fecit. sed postea concitatus peccatis expulit angelos de celo. et homines ō paradiso. et misericordia eius videbatur in celo recusa Psal. Domine in celo misericordia tua. In processu vero temporis iterum incepit misericordiam suam extendere. in quandam partem terre. et ad quendam populum scilicet iudeorum. quē plātauit et multis gratijs et mirabilibus beneficijs est prosecutus t suam notitiam ei dedit. Psal. Notus in iudea deus. Et quia non poterat amplius in ira misericordiam continere. eo q contra naturam suā erat. ideo misit filium suum vt omnium misereretur. et omnibus magnas gratias faceret. Iob. i. Gratia et veritas per iesum xm facta est Et iterū de plenitudine eius

nos omnes accepimus gratiam pro gratia Et hoc est quod hic dicitur. Misereor sup turbam omnium populorum quia ecce iã triduo sustinent me id est per tria tempora expectant a me sibi misericordiam exhibe/ri, scilicz tẽpore legis nature, tempore legis scripte et tempore gratie reuelate. quia ec/ce post veniunt mihi misericordiam postu lantes nec habent quod manducent. quia panis viu? melior mãna oĩs saporis suaui tatem habens qui de celo descendit. cibus angelorum et perfectorum hominum non dum erat institutus. Et ideo homo vsqz ad illud tempus non habuit cibum virtu tis et vite ad comedendum. Sed christ? misertus est eius et dedit ei cibum anime et corporis in quo magna eius misericor/dia designatur. Et nota qp christi miseri/cordia circa turbam hominum secundum omnem modum magnitudinis magna eẽ apparet. Nam quadrupliciter dicitur ali/quid esse magnum. ¶ Primo aliquid di
A citur esse magnum id est altum, vt turris magna. id est alta. Sic misericordia christi est magna altitudine quia vsqz ad celum ad quod homines introducit. ps. Magni ficata est vsqz ad celos misericordia tua. ¶ Secũdo dicitur aliquid magnum. id ẽ profundum vt puteus magnus. id est pro fundus. sic misericordia christi est magna profunditate. quia de inferno eduxit ani/mas defunctorum. ps. Misericordia tua est magna super me et eduxit animã meaz et infer. infer ¶ Tercio aliquid dicitur ma gnum id est amplum vt platea magna id est ampla. Sic misericordia christi est ma gna amplitudine. quia in toto orbe terraz non est qui misericordiam xpi non sentiat ps. Mia dñi plena est terra. ¶ Quarto dr aliquid magnum. id ẽ longum. vt ma/gna via. i. longa. sic misericordia xpi ẽ ma/gna longitudine. quia a seculo vsqz in se/culum et ab eterno vsqz in eternum. ps. Misericordia dñi ab eterno vsqz in eter/num. Et sic ꝑm omnem dimensionem mi sericordia xpi est magna circa hoiez. ephe. iij. Hoc ora vt possitis ꝑprehendere cum oĩbus sanctis. que est la. lon. profun. z subli. sup. in misericordia xpi. ¶ Secundum
B quod xpm mouit ad turbe miserendum fu it numerositas popularis. quia turba mul torum hoĩm i quibus credendũ est qp multi erant magni meriti. qui dei beneficium et misericordiam meruerunt. Si enim deus olim ad preces moysi vnius hominis di/uisit mare. et eduxit aquam de petra. z plu it coturnices ꝓpło israel. vt patet exo. xvi. z ad preces helye abstulit pluuiam z reddi dit et multiplicauit pharinam z oleum illi vidue de sarepta sidoniorum. vt patet. iij. reg. xvij. multomagis nunc ad preces mi/torum quorum fames ad deũ clamat mul tiplicabit panes mat. xv. iij. Si duo ex vo/bis consen. super ter. de oĩ re. qua cuz pe. fi. il. a pa. me. ¶ Tercium quod mouet eum fuit penitentia salutaris. que per triduum quo turba cuz xpo fuerat designatur. z hoc est quod d. Misereor sup turbam. quia ec/ce iam tri. su. m. Matheus vero ait quia triduo perseuerant mecum. Triduum aũt penitentie est dolor contritionis. pudor con fessionis. et labor satisfactionis. Nec aũtez est via trium dierum. quam filij israel pe/tebant ire in desertum. ad sacrificandum deo. exo. iij. Quam trium dierum ibitis. vt immolem? domino deo nostro. ¶ Quar/tum quod mouit eũ fuit indigẽna refami liaris que ex tribus causabatur. ¶ Primo ex sumptione ciboz quia vt dicit crisõ. per duos dies precedentes omnes cibos ꝙs secum tulerant iam comederunt. ¶ Secũ/do ex penuria et ariditate locorum quia in vasta solitudine erãt vbi nec fructus terre nec cibi venales inueniebantur. ¶ Tercio ex distantia domorum quidam enĩ de lon/ge venerunt et a domibus suis multum di/stabant. Et ideo anteqz ad eas peruenis/sent nisi comedissent defecissent in via vt christus hic dicit. Et sic patet primum ¶ Secundo ponitur discipulorum dubi tatio super refectione. scz turbe prouiden da. Aiunt. enim Vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Non enim recordabant alterius refectionis de quinqz panibus ordeaceis et duobus pi/scibus quam ante fecerat vel si recordabã tur diffidebant an modo posset sile facere z an scdo deus exaudiret eum. Per quod ꝓz qp eum verum deum non credebant z credebant eũ magnum amicũ dei. Io. xiij.

et coangustabūt te vndiqꝫ.scz p machinas et balistas vndiqꝫ erectas. ⁊ ad terram p/sternent te scz capiendo. ⁊ filios tuos qui in te sunt capiendo.occidendo ⁊ dispergē/do.⁊ non relinquent in te lapidem super lapidem.penitus ⁊ funditus destruendo vt dj. Joseph⁹.Et causam huius cladis ⁊ euersionis subdit.di. Eo q̄ non cognoue/ris tempus visitationis tue. Hiere.viij. Milnus in celo cognouit tempus suum turtur ⁊ irundo et ac̄onia custodierunt tem/pus aduentus sui. pplus autem meus nō cognouit iudicium domini. Et nota q̄ to/tum hoc quod xp̄us p̄dicit de euersione hierusalem completū est ad litterā. Post euersionem hierusalem redeūtibus roma/nis romam.iudei qui in speluncis ⁊ siluis latuerunt, redierunt ad ciuitatem ⁊ cepe/runt scz loca sancta venerari ⁊ reedificare. Quod audientes romani miserunt hieru/salem helium adrianū.qui funditus eam euertit ita q̄ lapis super lapidez non remā/sit. Postea dictus helius edificauit mo/dicam ciuitatūculam non in eodem loco.sed in loco vbi moderna hierusalem sita est.et a nomine suo helyam nominauit. ⁊ longo tempore sic dicta est. Quod patet ex hoc quia locus in quo crucifixus est dn̄s. ⁊ to/tus in quo sepultus est in medio ciuitatis sunt ante erant extra. Ex quo patet. q̄ ro/mani sicut nabuch.fuerunt flagella. ⁊ vin/dicta dei contra iudeos. Sed sicut pater q̄n verberauit filium vsqꝫ ad mortem p̄ orꝫcit virgam in ignem. sic deus p̄otecit roma/nos ꝓpter peccata sua et ab alijs flagellari fuerunt: quasi consumpti, quia deus vnuz peccatorem per aliuz punit. Et nota q̄ hec euersio facta fuit in mense augusto. ꝓpter quod hoc euangeliū legitur in mense au/gusto ⁊ recitatur. ¶ Moraliter aūt ad no/stram edificationē hec contingunt in anima peccatoris. ⁊ primo ī vita. Scdo ī morte In vita quidē quia anima in peccato circū/datur suggestiōe ⁊ interiori a ꝓpria ⁊ cupi/scētia. ⁊ exteriori a alijs creaturis. Psal. Circūdātes circūdederūt me. Coāgustat in delectatōe, p̄sternit ī cōsensu ⁊ tūc capit ciuitas anime ⁊ tuncenā filij eius scz boni mori vel mores si qui erāt in ea repugnan/tes silt. p̄sternūtur. ⁊ non relinquet in ea lapis super lapidem in cōsuetudine actio/nis.per quā paulatim anima misera tota dissoluitur. Iste ordo ponit Job.xiij. Cir/cūdederunt me lanceis suis.ecce primum Lancee dyaboli sunt suggestiōes eius.cō/uulnerauit lumbos meos. Ecce scōm. In delectatione enim peccati cōuulnerāt lū/bi tam interiores anime. q̄ exteriores cor/poris. ⁊ effudit in terra viscera mea. Ecce tercium. Viscera enim anime. id ē affectio/nes effunduntur in terra in cōsensu. conci/dit vulnere me super vulnus. Ecce quar/tū in morte aūt peccator circumdatur a de mōnibꝫ p horribiles visiōes ⁊ interiores ⁊ exteriores qui stant parati rapere animam eius. Job.xx. Vadent ⁊ venient sup eum horribiles. Coangustat vndiqꝫ per pecca/torum suorum recordationē que replicāt ei demones vt inducant eum in despatio/nem. Sap̄.iij. Venient in recordationem peccatorꝫ suorum timidi. Et ideo ī morte nō debent peccata sua reduci peccatori ad me moriā. sed solum misericordia dei ⁊ passio xp̄i. ⁊ quomō ad vnum verbum pepercit la/troni. Pro sternit in corpis ⁊ anime disso/lutione quādo corpus in terraz p̄icitur et anima in infernū simul cum filijs suis. id est cum opibus suis. Geñ.xlij. Pulvis es ⁊ in pulverem reverteris. Lu.xvi. Mortu/us est dives ⁊ sepul. in infer. Nō relinque/tur in eo lapis super lapidem in p̄ne solu/tione. in qua etiam de minimis reddet ra/tionē. Mathei.xviij. Non exies inde. do/no.qua.red. Et hec omnia ideo euenient ei. quia non cognouit tempus visitationis sue. nec in vita nec in morte. O carissimi timeamus ⁊ nos hanc euersionem qui plu/ries visitationem eius contempsim⁹. nec eam cognouimus. cum tamē visitatio ei⁹ circa nos multū melior est q̄ circa iudeos. ¶ Vbi nota q̄ quattuor sunt valde perī/culosa in peccatore. ¶ Primū est insensi/bilitas peccatoris. Si enī peccator cogno/sceret. quot mala p peccatū incurrit. ⁊ quot bona perdit. ⁊ in presenti. ⁊ in futuro poti⁹ vellet mori q̄ peccare. Et ideo iusti q̄ hoc cognoscunt potius eligūt tormenta ⁊ mor/tem q̄ peccare. Dan.xiij. Melius est mi/hi incidere in manus hominum q̄ vereli/quere legem dei mei. ¶ Scōm est contē/

ptus medicine. Christus enim parauit medicinas efficaces ad omnem morbum anime ad expellendum. scz sacramenta ecclie. quas gratis mandauit dare. vt p impotentiam nullus excusaret. Luc. x. Gratis accepistis gratis da. Peccator autē has medicinas contemnit. ps. Omnem escam abominat anima eoz. ¶ Tertiū est corruptio palati anime. Habet enim peccator ita corruptū palatum anime q mala sibi sapiunt bona. et bōa sibi sapiūt mala. Aug. Palato nō sano pena est panis q sano est suauis. et oculis egris odiosa est lux que puris est amabilis. Nu. xxi. Nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo. ¶ Quartum est induratio mentis quod est peius omnib9 quia nec verba nec verbera nec beneficia prosunt. Exemplum de pharaone i. Regū. vi. Quare aggrauatis corda vestra sicut aggrauauit egyptū pharao. Ecc. iij. Cor durum male habebit in extremo.

℟ ¶ Vbi sciendū q xp̄us in decem magnis beneficijs nos visitauit et quotidie visitat que solum nobis xp̄ianis confert. ¶ Primum est quia de seruitute dyaboli nos eripuit. et regenerauit in filios dei omnibus alijs in eadem seruitute relictis. Joh. vi. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Hoc totuz fit in baptismo qui operatur in virtute passionis xp̄i. in quo eripitur de seruitute dyaboli et fit filius dei. Col. i. Qui eripuit nos de ptāte tenebrarum et transtulit in regnum filij dilectionis sui. Joh. iij. Videte qualem caritatem dedit nobis deus vt filij dei nominemur et simus. Quia a xp̄o dicuntur xp̄iani. ¶ Secundū est quia vinculis peccatorum nos absoluit omnib9 alijs ligatis remanentibus in peccatis. Est enim peccator magni catenis ligatus. ita q nō possit ire quo vult. sed ducatur quo non vult. Prouerbioz. v. funibus sui peccatorum suorum quisq constringitur. Unde apostolus in persona peccatorum ait. Romanoz. vij. Non quod volo bonum hoc ago sed quod odi malum hoc facio. Ab his vinculis nos absoluunt sacerdotes vice christi. Dolo enim petro et successoribus eius date sunt claues absoluendi peccata. Mathei. xvi. Tibi dabo claues regni celorum et quodcunq3 solueris super terram erit solutum et in celis. Nota etiam de leone de quo dicit in esopo cui quidam extraxit spinam de pede. qui postea condemnatus et leonibus traditus ad deuorandum dictus leo vehementer defendit eum. ¶ Tercium est q veste omnium virtutum et donoz9 spūsancti nos induit omnibus alijs remanentibus nudis. Esa. xlix. His omnibus velut ornamento vestieris. Hec est illa vestis polimita quā iacob. id est xp̄us fecit ioseph. id est homini xp̄iano. Gen. xxxvij. Hec illa vestis q fecit nos dignos conuiuio eterno quam ille non habens expulsus est de nupcijs. Math. xxij. Et nota hic q quidam furantur hanc vestez sicut pylatus é furatus tunicam in consutilem xp̄i illi3 qui vadunt in vestimentis ouium. intrinsecus autem lupi rapaces. vt ypocrite et hereici. Sunt sicut vulpes. que habēt optimum corium. et malas carnes. ¶ Quartum est in fide vera et doctrina nos instruxit que in nullo alio populo requiescunt nisi in nobis quod est magnum beneficium. ps. Non fecit taliter omni nationi. et iudicia sua manifestauit eis. Facile ē christiano saluari sed omnibus alijs quasi impossibile. vt virit. quia corpus et sanguinem suum nobis ad manducandum sub specie panis et vini instituit. omnibus alijs in solo pane corporali relictis. qui est in infinitū maioris virtutis q3 manna vt patet in iohāne. vi. quia iste cibus dat vitam perpetuam. sed non manna. Johā. vi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Iste cibus continet gratiam dei. sed non manna. Item purgat peccata sed non manna. Item convertit comedentem in se ipsum et non convertitur in comedentem sicut mana. vt dicit Augustinus. ¶ Sextum est quia efficacissima medicamenta. contra omnes animi morbos nobis reliquit. scz sacramenta ecclesie. omnibus alijs infirmitatibus et morientibus sine aliqua medicina. ps. Qui sanat omnes infirmitates. In nullo enim populo inuenitur aliqua medicina contra peccatum. nisi in populo xp̄iano. Augu. Non est locus. veri sacrificij in toto mundo q3 tra ecclesiam catholicam. ¶ Septimum

est quia totam autoritatem suã ꝛ vicariu-
suum in xp̃iano populo dereliquit. Vnde
thei. xvi. Tu es petrus ꝛ super hanc petrã
edificabo ecclesiam meã. Et tibi dabo da
ues regni celorum. Petrus autem pater
ꝛ pastor est populi christiani. Omẽs aũt
alij spũales a patre ꝛ christi vicario sunt pe
nitus destinati. Luce. Qui vos audit
me audit. Octauus est quia nos exules
a ciuitate nostra quotidie in eam reducit
omnibus extra dimissis. Joh. xiij. Iterũ
veniã ꝛ assũ. vos ad meipsum, vt vbi ego
sum et vos sitis. Nota hic quandam reue
rentiam faciebant guelli regi karolo qui p̃
ipm reducti fuerãt ad terras suas. i. mach.
i. Felix dies in qua reuersus es ad terram
tuam. Nonum est quia heredes regni
celestis nos fecit omnibus alijs exheredi-
tatis, ꝛ extra hereditatẽ regni celestis pro-
iectis. Mat. viij. Multi venient ab orien
te et occidente et recumbent cum abraam
ysaac et iacob in regno celorum. Filij autẽ
regni ejcientur in tenebras exteriores.
Decimũ ẽ quia thesaurum suum scilz
meritum siue passionis nostris prelatis no
bis dispensandum reliquit. vt patet in in-
dulgentijs, que tantum valent quantum
sonant, que solum in nostro populo inue-
niuntur. Virtus etiam sue orationis que
magna est solum applicatur nobis chri-
stianis Johannis. xvij. Ego pro eis rogo
non pro mundo. Carissimi ista sunt mag-
na ꝛ ineffabilia beneficia in quibꝫ nos xp̃c
visitauit et visitare non cessat Et quia ista
beneficia nõ recognoscimus, immo ea cõ-
temnimus. ideo sicut iudeos. pluries de-
dit christianum populum in direptionem
et dispersionem vt patet in magnis perse-
cutionibus quas passa est ecclesia. vt tem-
pore tyle qui totam ytaliam destruxit.
Temporibus etiam nostris omnes ciuita
tes vltramarine christianorũ capte et de-
structe a barbaris nationibus eis sicut iu-
dei seruiũt sub tributo et quasi totus chri-
stianissimus populus in partibꝫ vltrama-
rinis est extirpatus in quibus xp̃iana reli-
gio maxime florere solebat. nunc autem
nostre ciuitates a nostris delentur et con-
sumuntur. per que apparet omnino ꝙ de-
us est valde iratus nobis. ꝛ hoc ideo quia
visitationem eius non cognoscimus. Et sic
patet secundum. Tercio ponitur reueren-
tia ꝛ honor a christo templo exhibitus. qz
ingressus in templum cepit ejcere emen.
et ven. de illo ad litteram. In primo atrio
templi fecerunt sacerdotes loca venalia.
vbi venditores et campsores erant. quod
et auaritia fecerant. vt venientes ad tem-
plum haberent paratum quod sacrificarẽt
Et quia aliqui ñ habebant vnde emerent
posuerũt ibi numularios a quibus mutuo
acciperent pecuniam. Et quia scõm legem
ad vsuram accommodare non debebant.
ideo prestabant sub nomine palliate vsure
sz sub nomine collibiorum. et dicũtur col
libia munuscula fructuum. Et ideo dicit.
Scriptum est. Ivi. Domus mea domus ora-
tionis vos autem fecistis latronum. id est vsura
riorũ. Est enim vsurarius occultus latro ꝙ
facit hominem mori in balneo. Hiere. vij.
Numquid spelunca latronum facta est do
mus mea in qua inuocatum est nomẽ me-
um. Et nota ꝙ hanc ejectionem oporterz
ꝙ dominus omni die faceret in ecclesia.
quia quotidie patrimonium crucifixi ꝛ be
neficia ecclesiastica emuntur ꝛ venduntur
Quod est maius peccatum q̃z vsura vel
rapina. nam in tali venditione emitur ꝛ vẽ
ditur christus sicut res venalis. sicut iu-
das eum vendidit. et sacerdotes et scribe
ipsum emerunt, et ideo paritur pecca-
tum symonie peccato iude et sacerdotum,
qui occidi christũ fecerunt. Et sic patet ter-
cium ꝛ consequenter totum.

De epistola. Sermo. lxxxv.

Scitis quoniã cum gentes essetis ad simula-
cra muta prout ducebamini eun
tes. i. Cor. xij. Ante aduentum xp̃i mun-
dus diuersis ydolis seruiebat. sz p̃ gratiaz
xp̃i destructa sunt ydola et tũc alij errores
pullulare ceperunt. quia enim xp̃us expres
sit tres esse in trinitate personas. ꝛ vnam
essentiam trium personarum a qua omnia
bona procedũt hoc mlti male intellexerũt
ponendo in equalitatem et maioritatem
in personis et ponendo ꝙ quedam opera
procedunt ab vna persona. et quedam ab
alia ad quod sequebat diuersitas in eẽntia

Et ideo apostolus in presenti epistola hos errores eliminat. In qua quidem epistola quattuor facit. Primo ostendit q̄ ydolatrie et omnis mali principium actor est dyabolus in eo q̄ suggerit ꝛ liberum arbitrium in eo q̄ consentit. In principio epistole. Secō ostendit q̄ spūssanctus non ē actor alicuius mali sed est actor et principium omnis boni in eo q̄ ad bonum mouet et dirigit ibi. Ideo notum vo. fa. q̄ ne. in spiritu dei lo. d. anath. ie. et ne. potest dicō ie. nisi in spiritu. Tercio ostendit q̄ gratie gratum facientes sunt a spiritussancto et a tota trinitate. in eo q̄ ipas infundit ibi Diui. autem gratiarum sunt. idem autez spiritus ꝛ diui. ministra. ꝛc. Quarto ostēdit q̄ etiam gratie gratisdate que dantur ad vtilitatem ecclesie sunt a spūssancto. in eo q̄ ipsas etiam peccatoribus largitur et tribuit ibi. Unicuiq̄ autez datur ma. s. ad vtilit. alij quidem per spiritum datur sermo sapientie. ꝛc. Primo ergo ostendit apostolus q̄ ydolatrie ꝛ per consequens omnis mali principium actor est dyabolus in eo q̄ suggerit et liberum arbitrium in eo q̄ consentit. Et hoc est qō dicit Scitis quo. cum gē. es. id est gentiliter viuentes. de nouo enim corinthij conuersi erant de ritu gentilium ad fidem xpi. ad simulacra prout ducebantur. scz a dyabolo suggerente et instigante. eunt es scz erans per liberū arbitriū tali suggestiōi dyabolice ipsē tiebaris ꝛ ope iplebaris. Sed nōne simulacra dabāt respōsa. quomō ergo erāt muta Ad quod dicendum est q̄ simulacra de se ꝛ a se muta erāt. ps. Os hēnt ꝛ nō loquētur. Sed interdum demones in eis ꝛ per ea loquebantur et dabant responsa. deo p̄mittente quia peccata eorum hoc merebātur vt in ydolis que colebnat deciperentur. ꝛ perirent quia seruiebant creature potius q̄ creatori. Circa hoc ergo notandum q̄ quicunq̄ gentiliter viuūt adhuc adorāt simulacra. Gentiliter autem viuunt et nō secundum legem christianam quicunq̄ cōtra legem dei querunt diuicias delicias et honores et huiusmodi mundana. Et omnes tales simulacra adorant. Nam auari qui super omnia pecuniam querunt simulacrum est numus in quo est crux quam mundus adorat. Gulosi autem simulacrū est bolus. Luxuriosi autem simulacrum ē venter Phi. iij. Quorum deus venter ē Vanigloriosi autem simulacruz est honor mundanus. non verus honor quē debē in virtutis testimonium, sed honor mundanus qui est honor pannorum et equorum Johan. xij. Dilexerunt gloriam hominuz magis q̄ dei. Illud ergo quod quisq̄ prae omnibus diligit est ihus deus. ꝛ suum simulacrū. vt di. aug. Omīs autez peccator istud in quo et propter quod peccat. p̄ omnibus diligit et plus diligit q̄ deū q̄ contra mandatum dei illud querit ꝛ operatur ꝛ perdit deum vt illud habeat in omnibꝰ. Et ideo omnis peccator est quodāmodo ydolatra ꝛ simulacrum adorat. Qui ergo filios vel pecuniam vel quodcunq̄ aliud p̄ae omnibus diligit id adorat. nam ex indiscreto amore ydolatria ortuz habuit. Et ideo apostolus dicendo simulacrum omne malum dedit intelligi cuius actor ꝛ p̄cipium est dyabolus. et liberum arbitriū hominis. Genes. iij. Subtus te erit appetitus tuus et dominaberis illius. Et hic patet primum. Secundo ostendit q̄ spiritussanctus non est actor alicuius mali. sed est actor et principium omnis boni. Unde ait. Ideo notum vobis facio q̄ nemo loquens quocunq̄ modo loquendi sive cordis sive oris sive operis in spiritu dei. id est a spiritu dei motus dicit aliquo modo loquendi anathema iesu. id est diuisionem et separationem a iesu. hoc est id ad quod separatur a iesu. sicut est blasphemia vel aliud tale. Vel anathema iesu. id est diuisionem iesu. vt iesu sit geminus cassus. id est non di. iesum diuisum alium scz deum a patre vt fecit arrius. Contra quem augustinus. Veretur non permisit diuidis filium suum. iij. Regum. iij. Et tu diuidis deum tuum. Idem introducit filium arrio loquentem et dicentem. Verberibus asperis laceratus sum sanguinez meum fudi. animam meam posui. vt te mihi comungerem. et tu diuidis me. Hec dicit iesum diuisum a patre vt sit solum homo vt facit iudeus et saracenus. nec dicit opera iesu diuisa ab operibus dei. Johan. v. Quecunq̄ pater fecerit hec et filius simi-

liter facit. In eodem .xiij. Pater in me manēs ipe facit opera. Nulla ergo falsitas est a spiritusancto circa iesum. sed omnis veritas et nemo potest dicere ore sc̄z p̄ferendo z animo tenēdo. quod est p̄prie dicere dominus iesus. id est q̄ iesus sit dominus suus et omnium nisi in spiritusanc. id est per spūmsanctū hoc interius docente z cordi imp̄rmente. Johannis .xvi. Cum venerit spiritus iste veritatis docebit vos omnem veritatem. Sed nonne aliquis posset dicere p̄ava intentione dominū iesus. Ad hoc dicendū q̄ dicere dupliciter sumitur. vno modo large scilicet p̄o enunciare voce quod nō creditur corde nec tenetur vel ostendit ope. z hoc mō nō accipit hic Alio modo accipit stricte sc̄z qñ id quod p̄fertur ore creditur corde z ostenditur ope. z sic accipitur hic. est ergo diligenter attendendum q̄ dum aliquid in corde concipitur de deo. z isti conceptui interius consentitur. tūc illud interius dr verbum. quando autē tale dictum cordis exterius voce exp̄imitur vel signo vel quocūq̄ modo. tunc magis dicit. Quando vero quis opere ostendit sic se credere. tūc totus homo est quasi in dicēdo z de se tota linguam facit. Duo ergo p̄mum modi z si sint a spūsan. sc̄z consentire z confiteri. tamen sine tercio non introducunt in regnū celorum. Matth. vij. Non omnis qui dicit mihi domine dñe intrabit in regnū celorum. sed qui fe. volu. pa. m. qui in celis ē ipe intr. in reg. ce. Jac. ij. Fides sine operibus mortua est. Cum ergo omne bonum bis tribus modis fiat. sc̄z corde ore z opere ma sint a spiritusancto. patet q̄ spiritusanctus est actor z principium omnis boni. Et sic patz q̄ nulla diuisio est a spūsancto. nec diuisio creatoris in se vt quidam diuidūt. nec diuisio creature a creatore quod fit per peccatum. quia cum spūsanctus sit amor. amor aūt habeat vnire. manifestū ē q̄ nulla diuisio a spūsancto est z nullum peccatum. quia omne peccatū diuidit. nam diuidit hominem a deo. Esa. lix. Iniquitates ve. di. inter vos z de. ve. Itez diuidit ab angelis et sanctis. Item diuidit a congregatione fidelium. in qua nō est merito sed solum numero. Itē diuidit a merito passionis xp̄i z omniū sanctorum: z a bonis q̄ fiunt in ecclesia ac etiam a p̄p̄rijs bonis Item diuidit animam a corpore. Ro. vi. Stipendia peccati mors. Et tandem diuidit a regno celorum. Matth. xxv. Discedite a me male. in ig. eter. Et sic patet q̄ qui diuisionem faciunt in rebus z in omnibus vel qui diuisionem sequuntur non habēt spūmsanctum sed spiritum dyaboli. qui p̄mam diuisionem fecit in celo et in paradiso. z primos rebelles ipe fecit. Et breuiter sicut p̄p̄ria operatio filij dei venientis in mundum fuit vnire filios dei qui erant dispersi in vna fide z in vna ecclesia z in vna operatione. ita dyaboli est dispergere z dividere. Johā. x. Fur non venit nisi vt mactet. z perdat Imitantur autem istum qui sunt ex parte istius. Paū. ij. Similiter patet q̄ nemo talium potest dicere vere z p̄o p̄prie iesus ē dñs meus nisi spūm habeat sic veri xp̄iani mali āt xp̄iāi false dicūt iesus ē dns me? Est em falsa discrepatio vocis a re que p̄ vocē significat. vnde talis confessio est quasi negatio. Thi. i. Cōfitent se nosse deum factis autē negant. Tales sunt illes multitudines pylati. qui genu flectebant coram iesu dicentes. Ave rex iudeorū z percu. eū. Tales sunt significati p ficum habentem solū folia: cui xp̄s maledixit. que statim aruit. Matth. xxi. ¶ Tales videntur esse peiores saracenis quantum ad quattuor. ¶ Primo quia saraceni negant christum verbo sed isti facto. Deterius est enim factum q̄ verbum. ¶ Secundo quia saraceni ex ignorantia christū negant. Non enim sciunt ipm esse verum deum et dñm. z si scirent. multi eorum salvarentur p̄ bona opera. Christiani autem sciunt z credunt iesum esse dominum suum. z tamen ei negant debitum obsequium. quod maius malum videtur esse. Exemplum si duo homines negarent debitum obsequium. ita q̄ vnus diceret. domine. Nescio quomodo vobis debeam obsequium hoc exhibere. si enim scirem libenter vobis exhiberem. Alter vo diceret vere scio. quod hoc obsequium vobis debeo. sed nolo exhibere. manifestum est q̄ secundus magis offenderet. ¶ Tercio quia saraceni legem suam observant. tales autem nullius legis esse videntur. q̄nec

christiani nec saraceni sunt. Et ideo tales si ne lege peribunt. ¶ Quarto quia tales videntur esse apostate a fide. quantum ad rem fidei. Videntur etiam periuri esse. eo q̄ in baptismo promiserunt renunciare dyabolo et pompis eius. et malo xp̄iano fides erit ad cumulum damnationis quia magis peccat christianus fornicando et alia que prohibentur in euangelio faciendo q̄3 saracenus. Sicut magis peccat religiosus q̄3 secularis idem peccatum committendo. Sicut ergo status religionis si seruetur est ad magnum meritum. et si non seruetur ad cumulum damnationis. sic est de fideli christiano. quia si ip̄am fidem seruet infinita et inestimabilia bona inde consequetur. Si autem xp̄ianus fidem opere non impleat nihil boni consequetur. imo omnia que sunt fidei cedent sibi ad cumulum damnatiōis. ij. pe. ij. Melius erat istis viam iusticie non cognoscere q̄3 post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est. Et sic patet secundum.

¶ Tercio ostendit q̄ gratie gratumfacientes hominem sunt a spiritusanc. et a domino iesu christo et a deo patre. quia vt dicit aug. indiuisa sunt opera trinitatis. Gratie autem gratumfacientes ordinant. ¶ Primo hominem ad deum ip̄m gratificando et iusticādo. Et hoc est. Diuisiōes gratiarum sunt homines sc3 gratificantiū. Idem aūt spūs istarum gratiarum. sc3 dator et diuisor. Quia quidam in maiori copia recipiunt. vt apostoli qui in tanta copia receperunt gratiam spiritussancti vt nō possent amplius peccare. Similiter beata virgo. Quidam in maiori copia recipiunt. nam peccare possunt et de facili peccant. Quidam recipiunt vt in vno actu iustificentur. vel in paucis vt latro de cruce. qui in vna cōfessione fidei iustificatus est. Quidam recipiunt vt in multis bonis actibus iustificentur vt paulus et magdalena. et in multis aliis. Talis diuisio apparet Ephe. iiij. Vnicuiq3 ve. da. ē gra. sc̄dm mē. do. christi. Ro. xij. Habētes donatiōes sc̄dm gra. que da. ē no. dif. ¶ Sc̄do grē gratūfacientes ordināt hoīem ad primū cui seruire faciūt propter deū. Et hoc ē. Diuisiōes ministrationū sunt. s. cū propter deū primo ministratur. Idem aūt dñs sc3 iesus xp̄s omnia administrās ministris suis habūdantissime administrat tanq̄3 virtute i. pe. iiij. Si quis aūt mīstrat tanq̄3 ex virtute quam administrat deus. Nam quidam ministrant populo in sacramento altaris et diuino officio. quidam in predicatione verbi dei. quidam in prebendo necessaria vite. quidā in deseruiendo de persona sua proximo. quidam in confortādo et visitando et dando bonum exemplum aliis. i. Cor. iiij. Sic nos existimet homo vt minis. xp̄i et dispē. mi. dei. ¶ Tercio gratie gratumfacientes ordinant hominē ad seip̄m. prout faciunt opus eius meritorium vite eterne. Et hoc est. Et diuisi. operationum sunt q̄bus diuersimode meremur. Nam quidā plus meretur in vno et in eodem opere. quidam minus vt patet de illa vidua mittente duo era minuta in gazophilatiū. de qua christus dixit. q̄ plus omnibus misit. Luce. xxi. Quidam meretur in vno opere. quidam in pluribus. Quidam in dicendo. quidam in tacendo. quidam in sanitate quidam in infirmitate. et sic de aliis. Idē vero deus. sc3 pater qui operatur omnia supradicta et omīa necessaria ad salutem in omnibus quia quod nō dat vni dat alteri. Esa. xxvi. Omnia opa nostra op. es in no. dñe. Phi. ij. Qui opatur in vo. velle et pficere per bonā voluntatē. Et sic p ea que dixit expressit trinitatē psonarum. vnitatē vero essentie expressit in eo qd dixit qui opatur omnia in omnibus. Sic esayas. postq̄3 dixit ter sctūs adiunxit dñs deus. ¶ Notandum ergo q̄ i hoc loco tercio mēbro ad tria monemur. ¶ Prīo vt grām nos iustificātem habrē nitamur p ogruā dispositionē. q2 spūs sctūs paratus ē eā oibus dare. Jaco. i. Qui dat omibus affluēter et nō iproperat. Apoc. iij. Ego sto ad ostiū3 et pulso si q̄s apuerit mihi introibo ad illū. propterea eni filius dei incarnatus ē et mortuus et resurrexit vt nos gratificaret et iustificaret. Ro. iiij. Traditus est propter delicta nr̄a. i. ppter peccata nostra. s. delenda et resurrexit propter iustificationē nostrā. Ad hoc etiā nati sumus vt i gratia dei viuamus. Ecc. xij. Time deū et mādata eius obserua. hoc ē ōis homo. Ad hoc etiam

Iste tercius annus est tempus gratie plenū omni bono fimo. i. oī bona pinguedie spiritualium bonoꝝ quia xp̄us est passus et cuius passione magna virtus ad benegagendum nobis emanauit. celum est apertum. dimittuntur peccata. bulla gratie dei est a perta. et omnia breuiter sunt parata. ¶ Quicunqꝫ ergo illo tercio anno. id ē tempore gratie non fructificat. debet amputari et ignez i mitti. Mathe. vij. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidet et in ignem mittetur. Et sic patet tercium.

¶ Quarto ostendit qꝫ etiā gratie que gratis dantur ad vtilitatez ecclesie dantur et a spiritusancto sunt. Et circa hoc duo facit. ¶ Primo ostendit differentiaz istius gratie ad precedentem scilz gratum facientem dicens. Unicuiqꝫ scilicet membrorum ecclesie datur manifestatio spiritus id ē gratia aliqua per quam videtur et apparet in eo esse spiritussanctus: etiam si non habeatur. et hoc non ad proprium meritum ꝫ ad vtilitatem ecclesie et aliorum. et sic notatur duplex differentia gratie gratis date ad gratiā gratum facientem. Prima est qꝫ ista facit habere spiritumsanctum. et si non manifestat qꝫ habeatur. hec vero facit apparere. qꝫ insit: etiam si non habeatur. Secunda est quia ista est ad habentis meritum ordinata. hec autem ad ecclesie vtilitatem. etiam si habens eam nihil meretur. ¶ Secō distinguit multiplicem differentiam gratie gratis date. dic. Alij quidem datur sermo sapientie per spiritum sanctum. id est gratia predicandi et docendi ea que ad sapientiam pertinent scilicet eterna in premium iustis reposita. que non inuenitur in terra suauiter viuentium. Job. xxviij. Alij. sermo scientie secundum eundē spiritum id est gratia predicādi ea q̄ ad scīam ꝓmouet. s. ad rectā conuersationē in his tribus ꝛi nocte huius mundi. Uñ primi p̄dicatores. s. q̄ p̄dicāt ea q̄ ad sapiētiā ꝓmouet soli ꝓpter. Secūdi vero lune. Isti ei mēbra dāt̄ ꝓ grām tanqꝫ sol diei irradiāt. Isti āt tenebrosaz hui⁹ vite nocte illūinat. geñ. i. Fec̄ vs duo lūinaria luma. vt p̄eēt diei. ꝛ lu. mun⁹. vt p̄es. no. Alteri fideles i eodē spū. i. ser. fi. vel grā vocēdi q̄ ꝓmouet ad fidē. Fides eñ ipa est de gratijs

prestat nobis vitā. vt grām ꝛ misericordiā cōsequamur. Esa. xxx. Propterea expectat deus vt misereat vestri. propterea euz angeli ꝛ omnis creatura obsequunt nobis vt per grām salutē cōsequamur. Hebre. i. Omnes sunt ad ministratorij spūs in mis. ppter eos qui here. ca. saluis. ¶ Secundo monemur vt de gratijs ꝛ bonis nobis a deo datis primo obsequamur. Jo. xiij. Si ego laui pedes vōs dñs ꝛ magister. ꝛ vos debetis alter alterius pedes lauare. Gal. vi. Alter al. onera portate. ꝛ sic adimplebitis legem xp̄i. pe. iij. Unusqsq; qꝫ si. ac gra. in al. il. admi. si. bo. dispē. mł. gra. dei. Agendo enim facta proximi nostra agimus. quia deus retribuet nobis. Luc. x. Curam illius habe. ꝛ si quid super erogaueris ego cum rediero reddam tibi. Ille vero seruus qui talentum et peccuniam domini sui abscondit nec prestitit eam proximo condemnatus est. vt patz lu. xix. Prouer. xi. Qui abscondit frumenta maledicetur in populis. In eodem. v. Deriuentur fontes tui foras et in plateis tuis aquas diuide. Ad hoc nos inducunt omēs creature. quia omia bona recepta a deo cōmunicāt nobis. vt sol lucē. terra fructus. aqua pisces. Ad hoc etiam ipe creator nos inducit q̄ seipm cōmunicat. ꝛ in natura et in gratia et gloria. ¶ Tercio monemur vt in gratia nobis data. p̄ bona opa fructificemus. Col. i. In omni ope bono fructificātes ꝛ crescentes in scientia dei. Multi crescunt soluz in psona. ꝫ i virtute et grā decrescunt. Esa. lxv. Puer centū annoꝝ morie tur. Hiere. xxiij. Scribe virū iustū sterilē qui in diebus suis nō ꝓsperabitur. Ecc. x. In pigricijs humiliabitur cōtignatio. i. virtutes disposite in homīe regētes et ꝓtegētes ipm deuastantur. et ambulantur p̄ non opari. Sicut homo amittit visum si diu sset in carcere nihil videns. et si homo comederet solum lac perderet dentes. Nota de ficulnea de qua dixit dominus eius colono vt succideret eam. quia non ferebat fructum iam p̄ tres annos qui rūdens ait. Dimitte eam etiaz hoc anno vs. dū. fo. circ. il. ꝛ mit. sterc. et si fe. fru. bene. si autem nō in fu. s. eam. Luce. xiij. Tres anni sunt tria tempa. scz ante legem sub lege et in gratia

gratum facientibꝫ. dei ẽ donum est vt d. Apostolꝰ. ephe. ij. Hoc donuꝫ vel gratiam monet prelatos petrus habere di. Parati semper omni poscẽti vos reddere rationẽꝫ de ea que in vobis est fide et spe. Alij gratia sanitatum. scꝫ conferendaruꝫ in vno spiritu. quia si a natura potuissent haberi, tamen non habebantur, vel non eodeꝫ modo. vel vbi natura non poterat sed deficiebat. Math. x. Infirmos curate. mortuos suscitate. leprosos mundate. demones ejcite. Alij operatio virtutum. id ẽ miraculorum que fiunt omnino contra ꝛ supra communem cursum nature. Et hꝫ due vltime gratie dantur ad confirmandum sermonẽ predicationis sapientie ꝛ scientie ꝛ fidei ꝺ quibus dictum est Marci. xvi. Signa autem eos qui cre. hec se. in no. meo. dem. lin. lo. no. ser. tol. Alij datur prophetia. i. gratia predicandi futura quod est prerogatiua magna. Act. xiij. Erant autem in ecclesia antiochie prophete et doctores. Alij datur discretio spirituum. id est gratia discernendi inter spiritus cum aliquid suggerit. vtrum boni vel mali sint. ꝛ hoc est mꝫtum necessarium quia ipe sathanas transfigurat se in angelum lucis. vt dicat apostolus. ij. Coꝛ. i. ioban. iiij. Nolite omni spũi credere sed probate si spiritus ex deo sint. hanc gratiam eua non habuit que dyabolo promittente incredibilia statim credidit Alij dantur genera linguaꝝ. i. gram loquẽ di in diuersis ydeomatibꝫ ppre. Act. ij. Le perũt loqui varijs linguis. Alij daꝫ interpretatio sermonũ. i. grã interptãdi sermonẽ ignotũ ꝛ obscurũ ꝑ planũ ꝛ notũ. Hoc donum habuit daniel qui interptatus est scripturã regi. Hec aũt operatur omia vnus atꝫ idẽ spũs diuidens omia supdicta dona prout sibi placet. Ro. ix. Non ẽ currẽtis neꝫ volentis sed dei miserẽtis. Et sic patꝫ quartum ꝛ consequenter totum.

Dñica. xi. de euã. Sermo. lxxxvi.

Exit ihesus ad

quosdã qui in se ꝓfidebãt tanꝫ iusti ꝛ aspnabãt ceteros parabolã illã duo homines ascenderũt in templũ vt orarẽt. Luc. xviij. Sic di. btũs aug. In malis opibus iniqtas exercẽ vt fiãt superbia vero eaꝝ opibus bonis insidiaꝝ. vt pereant. Vñ hoc singulare hẽt superbia qꝫ bonis opibus coniũcta ipa pcipe facit. Exemplum hui? patet in lucifero qui fuit in omnibus pfectus. Eze. xviij. Tu signaculũ similitudinis. scꝫ dei plenus sapientia ꝛ perfectus decore. in paradiso fuisti omnis lapis preciosus opimentum tuum. Qua ramẽ de his ꝛ cum his superbiam possedit. omnia hec perierunt in eo et ipse ruinatus ad infernum descendit. Humilitas vero econuerso. quia quibuscũꝫ et quantiscũꝫ malis apposita penitus ipsa expellit et delet ꝛ ad gloriam perducit eternam. Job xxij. Qui hũiliatus fuerit erit in gloria. Et de hac materia christus in hoc euangelio quandam similitudinẽꝫ narrat. Circa quã tria facit. Primo ponit homines contra quos hanc parabolam inducit. In primo euangelij. Secundo ipam parabolaꝫ in qua oratio pharisei et publicani describitur. consequenter subiungit ibi. Duo homines ascen. in templum. Tercio vtriusqꝫ orationis finẽ infert. ꝛ concludit ibi. Amẽ dico vobis descendit hic iust. ab illo quia omnis. ꝛ cetera. ¶ Primo ponit homines contra quos hec parabola inducitur qz ꝺ quosdã q̃ de se ꝓfidebãt ꝛ reputabant se iustos et omnes alios tanꝫ peccatores despiciebant. ¶ Tria ergo peccata in talibus hominibus esse demõstrant. ¶ Primum est quia de se cõfidebant. quod ẽ valde stultuꝫ quia neꝫ in se neꝫ in aliqua re mũdi debet vel põt hõ confidere nisi in solo deo ꝛ hoc patꝫ per singula discurrendo. Nam in bonis mundi vt in diuiciꝫs poteꝫtijs dignitatibꝫ ꝛ sic de alijs non est confidendum ꝛ quia de necessitate omnia hec vel dimittunt nos per aduersam fortunã vel nos dimittimus ea per mortem. Job. xxvij. Diues cum dormierit nihil secũ auferet. aug. i. tbi. vi. Nihil intulimus in hunc mundum necauferre quid possumus. Eremplum de illo diuite Luce. xij. qui de diuiciꝫs confidebat dicẽs. Gaude anima mea. habes multa bona repo. in an. plur. Prouer. xi. Qui cõfidit in diuiciꝫs suis corruet. Sibi non est cõfidendum in dignitatibꝫ ꝛ statibꝫ honoꝫ. vt di. boe. Dignitas nõ boni viri gnũ ꝛ bonũ. sꝫ potius oñdit ꝛ demõstrat ma

dignū. Et ideo non ex dignitate virtus sz ex virtute dignitati honor accedit et ideo non in dignitate sed virtute confidendum est. Culpabile ergo est dignitatem habere sine virtute. quia vt di. Boe. Dignitas non fugare sed illustrare potius nequitiam solet. Et dato q̄ homo dignitatem cum virtute habeat. non est tamen in dignitate cōfidendum. cum frequenter hō ipam perdet z in vita pluries. vel saltem in mortē. z qui pro deo ab hominibz colebatur ab hominibz cōculcandus. Boe. Plena ē exēplorz vetustas plena est pīs eras quanti reges felicitatez calamitate mutauerunt. Nec in bonis naturē est cōfidēdum vt in sanitate vel robore corporis. cum modica infirmitate homo subito cōterat z necessario habeat ab alijs sustentari. Exemplum de antiocho. ij. machab. ix. Is qui videbat fluctibus maris imperare z montiū altitudines in statera appendere. nunc hūliatus ad terrā i gestatorio portabat. Similiter nec in gratijs gratis datis. vt eloquentia. scientia. artibz. z similibz. quia per modicum impedimentū. vt per infirmitatem. vel retentionē in carcere. vel p multorū locorum mutationem nihil valent. Quid enim valet eloquētia. vel quecunq̄ scientia vel leges. vl̄ decretales inter tartaros. vel saracenos. Prouerbi. ij. Fallax gratia z va. est pulcri. Similiter nec in amicis. nec in cōsanguineis est cōfidendum. quia veri amici non inuenīt in mūdo. sed omēs sunt amici ficti: et tempore prosperitatis. z non tempore aduersitatis. z ideo contemnēdi. Boeti⁹ In presidio sunt amici quos non virtus sed fortuna cōciliat. sed quos fortuna fecit amicos infortunium faciet inimicos. Propt quod dicitur hiere. xvij. Maledictus vir qui confidit in homine et ponit. brach. s. Ergo nec in mundo qui totus in maligno positus est. nec in rebus mundi confidendum est. quia in supdictis quinq̄ omnis spes mundanorz fundatur. Esa. xxxvi. Ecce confidis in baculo arundineo. super egyptum. cui cum innixus fuerit homo cōminuetur in cabit manū eius z perforabit eā Egyptus interpretat tenebra. id ē. cōfusio z angustia z significat mundū. In solo ergo dō ē confidendū. quia ipe ē vera z firma spes. Hier. xvij. Benedictus vir qui cōfidit in dño z erit dominus fiducia eius. Secōm est quia se iustos reputabant qd̄ est valde presumptuosum. Prouerbiorz. xx. Quis potest dicere mundum est cor meum. purus sum a peccato. Jacobi. iij. In multis quidem offendimus omnes. i. Joh. i. Si dixe. quia pec. non habemus. ip. no. se. et ve. in no. nō est. Et dato q̄ hō non haberet cōscientiā alicuius grauis peccati non propter hoc debet se iustum reputare. i. Cor. iij. Nihil mihi conscius sum. sed in hoc nō iustificatus sum. Eccles. ix. Sunt iusti atq̄ sapientes et opera illorum in manu dei. et tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit. Matthei. vij. Multi dicent mihi in illo die domine nonne in nomīe tuo prophetauimus et signa multa fecimus. et demonia eiecimus et virtutes multas fecimus. et dicet illis. Amen dico vobis nunq̄z noui vos Tercium est quia ceteros aspernabant quod ē valde impium cum solum deus intueat cor z in corde cōsistat bonitas z malicia hominis. quia cū de corde exeāt cogitatiōes male. furta. homicidia. z cetera mala vt dr Mat. xv. Liquet q̄ neminē malū possumꝰ iudicare. Itē qui apparet malus z est malus in cōspectu hominum est bonus z predestinatus in cōspectu dei. Nā eo tempe quo magdalena erat peccatrix iudas erat apls z faciebat miracula. z tñ ista erat predestinata ad vitam z iudas prescitus ad mortē. Et ideo frequēteraliter videt deo q̄z nobis. Boeti⁹ Hoc quod tu iustissimū z equissimū putas omnia scienti prudentie diuersum videt. Itē sicut homo subito p vnuz cogitatū malum malus fit. ita subito p vnā veram contritiōez fit bonus. z recipit grām spūssancti. Unde sup illud actu. ij. Factus est re. dō celo. sonꝰ di. glo. Nescit tarda molimīa spiritussancti gra. Cum ergo vt dr iob. xiij. Hō mutetur cōtinue z nūq̄z in eodē statu pmanet. de nemine possumus iudicare vtrum bonus vl̄ malꝰ sit. Sicut de fluuio velociter currente non possumus dicere hec aqua ē hic quia anteq̄z verbum sit completum recessit Ceterum opera hominum bene possumus iudicare bona vel mala esse.

quia de apertis peccatis licet nobis iudicare q̄ mala sint. sed ipsum facientem nos non possumus malum iudicare nisi p̄ tunc quādo mala facit. Et ideo p̄hibetur nob̄ omnino p̄mū iudicare z spnere. Luc. vi. Nolite iudicare z nō iudi. noli. q̄dē. z non cōdē. Esa. xxiij. Et si qui spnis nōne z ipe spernens. Et sic patz p̄mū. ¶ Scdo ponit ipa pabola in qua phariseī et publicani ozō describitur. Phariseī erant quedam secta inter iudeos ab alijs in quibusdā observātijs diuisi sic dicti a phares quod est diuisio habebāt enī in manu z in frōte mēbranas vel cartas. in quib̄ erat descriptus decalogus in signum q̄ p̄cepta habenda sunt ante oculos cordis per iugem memoriam z in manu p̄ operum adimpletionez Item spinas ferebant in fimbrijs palliorz vt pungerent eos dum incederent z recordarent mandatorum dei. z sic tota religio eorum erat in apparentia z superstitione. Et erant phariseī maioris reputationis in vita ītet iudeos sicut monachi inter christianos. Publicani aūt dicebant quasi publice exercentes artes z mercatōes quib̄ peccatum non deerat. Unde publicani quasi publice peccantes. Erant autē apparentis malicie sicut phariseī apparentis bonitatz De his igitur duob̄. scz phariseo z publicano est p̄ns parabola in qua ozō vtriusq̄ describitur. z primo ozō phariseī. qui habuit bonū principiū. quia ad templū locuz sanctum ascendit. Christiani ergo qui ad ecclesiam non vadunt ad regratiandū deo p̄o beneficijs receptis vt phariseus fecit. nec ad petēdū indulgentias p̄ cōmissis vt publicani. nullius legis esse vident. z pei res sunt omī nationi. z do ficut canes sine lege p̄bunt z extra p̄fcient. Apoc. xxij. Fores canes z venefici. Item habuit bonuz principiū. quia bona intentōe ascendit. scz vt oraret. q̄d est p̄tra multos q̄ vadunt ad eccl̄am ad cōfabulandū z loquendū. Quidā vadūt ad videndū mulieres. z mulieres vadūt vt videant. z ideo vt aspiciant attēte vadūt purpurate z coopte valde vt dyabolus q̄ apparuit beato martino. Et sic eccl̄a q̄ deberet eē loc⁹ oronū fit spectaculū peccatorz. Et qui debuerāt p̄o indulgēna peccatorum ire peccata multa incurrūt. Et vnde ds debuit honorari dyabolus exaltatur. Et quando maior deuotio vel religio debet haberi. scz in solennitatibz tunc hui⁹ modi vana p̄niciosius obseruant. Propi quod dicit. Esa. i. Kalendas vestras z solennitates vestras odiuit anima mea. Inebriabit dns filias syon p̄ eo eodē. iij. Decaluabit dns filias syon p̄ eo q̄ ambulauerunt extento collo. z nutibus oculorum ibant. Sed habuit malum medium. quia fatue z superbe orauit. z malū finem quia cōdemnatus discessit. vnde debuit iustificatus recedere ¶ Fuit aūt eius oratio primo p̄sumptuosa. quia stās apd se orabat quasi de suis meritis confidens. Unde status corporis in eo elationem significabat mentis. q. d. Non oportet me genuflectere p̄o aliquo. quia plenus sum omībus z abundo. Contra quod apoc. iij. Dicis quia diues sum et locupletatus et nulliusegeo z nescis quia tu es miser z miserabilis et pauper z cecꝰ z nudus. ¶ Secundo fuit superba z vanegloriosa quia non sum sicut ceteri hominū rapto. iniusti adul. Due enim sunt partes iusticie vrait Aug. scz declinare a malo z facere bonum. Primā p̄tem ostendit se habere cum dicit. Non sum sicut ceteri ho. ra. z. Secundaz partez ostendit se habere cū subdit. ieiuno bis in sabbato. de. do. omnium que possi. Ubi nota q̄ omnis peccatoz est raptor iniustus z adulter z in omni peccato cōmittit furtum iniusticiaz z adulteriū. Raptor est quia animā que solius dei est aufert ei z dat dyabolo. Iniustus est quia cum ipe sit seruus emptici⁹ dei eius sanguine emptus ipe subtrahit se ab eius seruicio z seruit dyabolo eius inimico. Adulter est q̄a deserto deo qui est p̄nius sponsus anime cum dyabolo fornicatur. Et ideo excludēs a se hec tria omnem radicem peccati a se excludit. Item nota q̄ homo duo habet a do scilicet se et sua. et ideo tanq̄ feudatarius debet se et sua a deo recognoscere se tenere. In eo ei q̄ bis i septimana ieiunabat oñdit se do facere sacrificiuz de corpe suo duz ad

eius honorem corpus per ieiunium macerabat. In eo vo q̃ decimas omniũ soluebat ostendit omnia bona quecunq̃ habebat a deo recognoscere se tenere. in eo vo q̃ ad templũ veniebat ad orandũ ꝛ grãs referebat. ostendit ꝙ se ꝛ omnibus suis deo omagium facere tanq̃ domino. ꝛ ꝙ consequens ostendit se in omnibꝰ pfectum esse ꝛ dei mandata seruare. Et hoc est gratias tibi ago. quia nõ sum sicut ce. ho. q. d. ego sum solus bonus. ceteri aũt in compatõe mei sunt mali potuit saltem dixisse sic mul ti hominũ non sum. ¶ Quattuor quippe sunt species superbie. vt d. Beda. ¶ Prima est cum quis bonũ quod habet a se habere ꝛ non a deo existimat. Cõtra qđ apls i. Cor. iiij. Quid habes quod non acce. si aũt accepisti quid gliaris quasi nõ accepe ris. Hanc habuit nabuch. qui ait. Nõne hec est babylon ciuitas ista magna ꝛ quam ego edificaui in robore fortitudinis mee. Dan. iiij. Et ideo cõuersus est in bestiam quia sicut bestia deum non cognouit. Un de statim subditur ibidem. Ab hominibus ejicĩet te ꝛ fenũ vt bos comedes donec sciãs ꝙ excelsus dominet sup vniuersam terram in regno hominũ. ¶ Secũdo est cum quis bonũ quod habet putat pro meritis suis a deo sibi datũ quod extinguit materiam gratie. quia sicut di. apls Ro. xi. Si aũt gratia dei iã nõ ex opibus. alioquĩ gĩa iam nõ est gratia. Hanc habuit lucifer. qui ex opibus ꝛ meritis suis voluit super oẽs creaturas sibi pncipatum dari. ꝛ ideo pro iectus est in infernũ. qz qui volebat in omnibꝰ preesse. subtus omnia fuit demersus Esa. xiiij. Qui dicebas in corde tuo. in celum cõscendã supĩ astra celi exaltabo solium meũ. verũtamen ad infernũ detraberis in pfundũ laci. ¶ Tercia est cũ quis iactat se ꝛ vult videri habere qđ nõ habet. quibꝰ maius pcium est videri ꝛ non esse q̃ eẽ ꝛ non videri vt d. phũs Hanc habẽt ypocrite. Matth. xxiij. Ve vo. scribe pharisei et ypocrite. qui similes estis sepul. deal. que a foris spe. appa. bo. intrin. autem. ple. sũt os. mor. ¶ Quarta est cum quis de pcĩs ceteris appetit singulariter videri habere qđ non habz. Hãc habuit iste phariseus q̃ reputauit se singlãriter iustũ. ꝛ ideo bodie singulariter in toto mundo pdicaf superbus ꝛ iniustus. vt qui voluit singulariter bonus apparere: singulariter pdicef malus. quia deus superbis resistit. Jaco. iiij. ¶ Quarto oõ phariseus fuit contumelio sus. quia non sum velut etiam hic publicanus. q. d. Iste etiã publicanus est de numero supradictorꝝ. scz raptorꝝ iniustorũ et adulterorꝝ. et ꝙ cõsequens orando ꝙ rumelias ei inferebat. Psal. Oratio eĩ fiat in peccatum. ¶ Quinto fuit mendosa. qa ea que dixit se non habere habebat. ꝛ que dixit se habere nõ habebat. Siaz dixit se non esse raptorẽ ꝛ bonitatez ꝛ gliam que ẽ soli dei rapiebat. Lu. xviij. Nemo bonus nisi solus deus. Esa. xlij. Gliam meaz alteri nõ dabo. Item dixit se non esse iniustũ. ꝛ publicanum temere iudicauit. ꝛ de numero malorꝝ dixit ipm esse. in q̃ magna iniustitia consistit. Item dixit se non esse adulterum ꝛ ipe cum superbia que est vxor. dyaboli adulterium cõmisit dimissa humilitate q̃ debet esse vxor cuiuslibet iusti. Bap. viij. Hanc q̃sui mihi sponsam assumere. Item dixit se ieiunare ꝛ ipe sicut lupus vẽto vane glorie pascebatur. Osee. xij. Effraim pascit ventum. Et ideo ieiunio dyaboli ieiunabat. ysoõ. Qui a cibis abstinent ꝛ prava agunt demones imitantur. quibus cibus semp abest ꝛ culpa semp ade st. Item dicebat se decimas offerre omniũ. ꝛ ipam decimam bonorum operum deo non attribuebat. sed ipe sibi iusticiam suam attribuebat tanq̃ principio ꝛ de ipa vanã gloriam querebat tanq̃ finem. Huius oppositum facimus dum initium ꝛ finez bonorum operum deo attribuimus. qui est alpha ꝛ o pncipiũ ꝛ fiinis omniũ. Apoc. i. ¶ Sexto fuit fatuosa. quia sicut vbi humilitas ibi sapientia vt dicit Prouerbi. xvi. Ita vbi superbia ibi stultitia. Et hoc apparet q̃tum ad sex. ¶ Primo quia oratõnem suã inordinate incepit. s. a gratiarũ actõe Missa enim q̃ est valde ordinata orõ incipit a confiteor. ꝛ terminaf a do gĩas. Ro. xiij. Que a deo sunt ordinata sunt. Et ideo orõ istius nõ fuit a deo. qz nõ fuit ordinata Inchoanda est enim orõ in consideratione ꝛ cõfessione peccatorũ. Prouerbiorꝝ. xviij. Justus a pncipio est accusator sui.

Et hoc enim hūliatur ⁊ compūgitur in la mentis. ⁊ p cōsequens oratio eius ascendit ad deū. Ecc. xxxv. Oratō humiliantis se nubes penetrat. ¶ Secō quia bonitatē dei nimis arrauit. nam eū qui vult omnes homines saluos fieri ⁊ non dat spūm ad mensurā. ⁊ dat omnib⁹ affluenter. credidit solum se fecisse bonum ⁊ solū se spū ambulare ⁊ eius bonitatem sibi largiram fuisse. ac si quis crederet q̄ sol in domo sua tantum luceret. Sermō. Nolo vt nusq̄ arbitremini solez iusticie apparere ⁊ lucere nisi in cella tua. ¶ Tercio quia de magna equitate gaudet dicens. Non sum sicut ceteri hoīm quod tale est ac si q̄s gauderet q̄ esset monstrum in natura. ¶ Quarto quia ipe venerat ad orandū ⁊ non orat sed laudat se dicens. gratias ago tibi domine quia nō sum sicut ce. hoī. quod est stultum. scz se laudare coram deo qui omnia nouit. Secus eēt coram hominib⁹ qui ignorāt facta aliorum. ¶ Quinto quia infirmitates suas abscondit ei. a quo sanari deberet dicens se nullū morbum habere. qui dixit non sum raptor iniustus neq̄ adulter. Hoc. Si operam medicantis expecta sopozrtet vt vulnus detegas. Prou. xxviij. Qui abscōdit scelera sua nō dirigetur ¶ Sexto quia elemosinā petiturus diuicias suas ostentat. quod tale est ac si quis iret petendo elemosinam manibus plenis aureis. In oratōne enim homo petit a deo elemosinam spiritualiū bonorum. Et ideo debet facere sicut pauperes qui ostendunt omnes miserias suas et magis ostendunt se miseros q̄ sunt. Et sic patet oratio pharisei que fuit p̄sūptuosa effrontuosa. superba contumeliosa. mendosa et fatuosa. ¶ Secundo describitur oratio publicani que fuit per ꝓtrariū bona. Nā fuit timorosa. pudorosa. dolorosa. accusatoria ꝛba. et sapiēcia plena ¶ Primo fuit timorosa quia ꝓter multitudinem peccatorum timebat appropinquare sanctū et ideo a longe stabat. quod est ꝓtra multos qui cognoscunt se magnos peccatores et sedent iuxta altare et iuxta sacerdotes. Et nota hic⁹ osa quē dominus interfecit quia tetigit archā. ij. reg. vi. Hic cadit exemplū q̄ recitat beatus gre. in dyal. de illa dña: que cū de nocte polluta esset a viro

A

iuit de mane ad dedicationē oratorij sancti sebastiani et tegigit reliquias eius. ⁊ sanauasa est a dyabolo. Secō fuit pudorosa quia non audebat oculos ad celum leuare quia celi agmina p̄ peccata offenderat. et quia celum amiserat ideo p̄e verecūdia non audebat celum respicere. vnde ecclesia cantat non sum dignus videre altitudinē celi p̄e multitudine iniquitatis mee. ¶ Tercō fuit dolorosa. quia pūciebat pectus suū. sub quo est cor. quod magno dolore pūciebat interius magisq̄ pectus exteri⁹. Tere pector debet summe dolere quia p̄ tam malo dico bono. amisit tot bona et incurrit tot pessima mala. Sic doluit magdalena ⁊ p̄ cussa fuit i corde. ¶ Quarto fuit accusatoria. quia solū accusabat se ⁊ reum reputabat. ps. Quoniā iniquitatem meaz ego cognosco. ij. Reg. xxiij. Ego sum qui peccaui ego inique egi. ¶ Quinto fuit veracia quia sicut habebat in corde. ita loquebatur ore. ⁊ sicut erat interius. ita ostendebat se exterius. Eccī. xiij. Non confundaris p̄o anima tua dicere verum: quod est contra multos qui stant in ecclesia ad orandum. et aliud habent interius q̄ quod ostendūt exterius. quia recipiunt osculum pacis et nolunt pacem. ⁊ dicunt. Dimitte nobis deb. no. sicut ⁊ no. d. te. no. ⁊ tamen nō dimittunt suis offensoribus offensas. Et iō non recedunt iustificati sicut hic publicanus quia eis nihil dimittitur. sed huic publicano omnia sunt dimissa. in quo pensare debemus magnam dei misericordiam in hmilem publicanum. Non audet publicanus appropīquare et deus appropinquat non audet ad celum respicere. et deus respectu misericordie eum respicit. penas a se exigit et deus ei parcit. culpam suam cognoscit et deus ei ignoscit. Sic humilis non audet appropinquare vt deus appropinquet non aspicit vt deus aspiciat. p̄mittit conscientiam sed spem subleuat. percutit pectus et penas a se exigit. vt deus parcat. confitetur vt deus ignoscat. Ignoscit deus vt ille cognoscat. ¶ Sexto fuit sapientia plena. quod patet quantum ad fct opera sapientis. ¶ Nam ad sapientem pertinet primo seipsum considerare. Prouerbiorum. xvij. Oculi stultorum in finibus

B

ret stulticia mundanorum qui in bonis mū
di credunt sanari sed econuerso euenit eis.
qꝛ quanto plura habent tanto plus sitiunt.
Et sic patet ꝓmum. ¶ Secundo excluſa
ꝓsumptione ponit excellentiam ministro
rum noui testamen. dicens. Sufficientia
nostra ex deo ē. qui ⁊ ydoneos nos fecꝫ mi
nistros. id ē in sciēcia ⁊ vita perfectos. Die

re. iij. Dabo vobis. pastores ꝛm cor meum
⁊ pascent vos scientia ⁊ doctrina Sic ergo
fecit nos ministros ydoneos. non cuiuscꝫ
operis. sed noui test. De quo dicit. Hiere.
xxxi. Feriam domui israel. ⁊ domui iuda fe
dus nouum test. scꝫ nouum non ꝛm pactū
qđ ꝓpigi cum patribꝫ eorū. De quo. Lu
ce. xxij. Hic ē calix no. te. s. confirmator te
stamenti. Non littera s[illegible] litterali intelli
gentia. sed spiritu. id ē spirituali intelligen
tia. Et sic ministri veteris testamenti solam
litteram docebant obseruare. ⁊ intelligenti
am littere ⁊ significationem non curabant
Matthei. xij. Ecce mater tua dicit christo.
id ē synagoga. et fratres tui. scꝫ iudei foris
stant. sup. intelligentia litterali. non valen
tes penetrare vsꝙ ad spiritualem. queren
tes te id est salutem quam in tali intelligen
tia inuenire non possunt. Sed ministri no
ui testamenti. docent litteram ⁊ intelligen
tiam littere qđ est melius ⁊ vtilius et ho
norabilius. quia littera per se sine spiritua
li intelligentia occidit. de legalibus ⁊ iudi
cialibus ⁊ ceremonialibus verum dē simꝑ
pliciter. quia impossibile erat ea adimple
re. Act. xv. Hoc ē onus qđ neꝙ nos neꝙ
patres nostri portare potuimus. in ipīs au
tem mandatis decalogi littera in scꝫ per se
considerata non occidit simpliciter sed oc
casionaliter. naꝫ prohibitio occasionaliter
inducit culpam ⁊ irritat ⁊ prouocat concu
piscentiā. Roma. v. Lex subintrauit vt ab
undaret delictum. i. Cor. xv. Virtus ve
ro peccati lex Littera etiam occidit. qꝛ occa
sionē superbienti prestat. i. Cor. viij. Scīē
tia inflat. Eccle. i. Qui addit scientiam ad
dit ⁊ laborem. eo ꝙ in multa sapiētia mul
ta sit indignatio. Spiritus autem. id ē spi
ritualis intelligentia que ministratur ī no
uo testa. vinificat. s. animam. Si quis enī
istud. Mat. xvi. Si quis vult post me ve
nire abneget semetipsum. ⁊ similiter. illud
Si quis amat animam suam perdet eā. so
lum litteraliter intelligeret mozereꝫ in ani
ma. sed spiritualiter intellectum dat vitaꝫ
anime. vt. s. hō abneget vitā carnalē in cru
ce pnīe Et nota ꝙ tunc est perfecta ⁊ spūa
lis intellgētia. qñ ē ei adiuncta gratia spiri
tussancti. ⁊ tūc pfecte vinificat. Joban. vi.
Spiritus ē qui vinificat caro aūt nō ꝓdest

quicqꝫ Mortificat enim omnē carnalitatē ⁊ per consequens dat vitā spūs. Ro. viij. Si autem spiritu fac. ca. mor. vi. Spiritꝰ ergo ⁊ gratia spiritussancti vivificat. Et qz per ministros no. te. datur gratia spiritusꝰ sancti. iuxta illud. Act. viij. Tunc imponebant manus super istos ⁊ accipiebant spiritumsanctum. Ideo perfecta intelligentia spiritualis vocetur ⁊ traditur in nouo testamento a ministris ecclesie. Querit̄ ꝟ vtrū lex noua qꝺ idem ē qꝺ testamentum nouū sit lex scripta vel indita. Et dicendū quod vnumquodqꝫ dicitur esse illud qꝺ est i eo potissimum. Illud autem qꝺ est potissimuꝫ in lege noua ⁊ in qua tota eius virtus consistit ē gratia spiritussancti que datur fidelibus per quam iustificantur. Ro. viij. Lex spūs vite liberauit me a lege peccati ⁊ mortis. Unꝺ augustinus. Sicut lex factorum fuit in tabulis lapideis. ita lex fidei scripte ē in cordibus fidelium. Habet autē lex noua quedam sicut dispontia ad gratiā spiritussancti ⁊ ad hunc gratie vsum pertinentia. que sunt quasi secundaria in lege noua De quibꝫ oportet instrui fideles xpi ⁊ verbis ⁊ scriptis. tā circa credēda qꝫ ipa agēda Et iō dicendū qꝺ principaliꝫ ipa lex noua ē idita secūdario ē lex scripta. Itē q̄rit̄ an lex noua iustificꝫ Et dom qꝺ sic dcm ē ad legē euangelij vel nouam duo pertinent. Unū quidem principaliter. s. gratia spiritussancti interius data. ⁊ quantum ad hoc lex noua iustificat. secundario pertinent ad legez euangelij documenta fidei ⁊ precepta ordinantia humanum affectum ⁊ humanos actus. Et quantum ad hoc lex non iustificat. Unde hoc qꝺ hic dī. littera occidit. spiritꝰ autem vivificat. augꝰ exponit dī. qꝺ per literaz intelligitur omnis scriptura extra homines existens etiam moralium preceptorum qualia ptinent̄ in euangelio. Uñ etiaz littera euangelij occideret. nisi esset interiꝰ gratia fidei sanans. Et sic patet excellentia ministrorum no. te. quia docent literaz spiritu intelligi. ⁊ quia donant ministerialiter gratiam spiritussancti p quam peccata dimittuntur. ⁊ fides ⁊ alie virtutes infundūtur. Johānis. xx. Accipite spiritumsanctuꝫ quorum re. pec. re. eis. Et sic patz secundū

¶ Tercio ponit duas rationes ad hanc excellentiam probandam quarum prima est a minori. quia si illud de quo minus videtur debere esse in gloria ē in gloria. ergo idqꝺ magis Dicit ergo qꝺ si ministratio mortis. i. lex mosaica que non implēbꝫ seipsaꝫ mortez inferri precipiebat. et sic occidebat omnes vel plures. qz nullus ipsam implere poterat. vt patet. Exo. xxi. de lege talionis ⁊ p totum leviticum qui fecerit hoc vel istud morte moriatur. Si talis ministratio litteris deformata. i. inhoneste formata pter multa ad literam inhonestatem sonātia que ibi formabantur. vt patet De. xxiij. vbi precipiebaꝫ parillum portare ad fodiendum ⁊ sterco ra ad condendum. deformata dico in lapidibus vili. sez materia. Si ergo talis ministratio fuit in gloria in splendore. sez glorioso in facie moysi relucente. ac si essent quedam cornua. Exo. xxiiij. Ui dentes autem aaron ⁊ filij israel qꝫ cornuta esset moysi facies timuerunt prope accedere. sic ⁊ nunc fit nostris episcopis. posqꝫ facti sūt cornuti quibus qui familiarissimi erant vix audent accedere. Ita vt non possent filij israel intendere. id ē intente respicere in faciem moysi propter gloriam vultus eius sez moysi que evacuatur. In ipso enim inchoauit ⁊ in ipso cessauit. Non enim fuit in iosue nec in alijs successoribus eius. nec cōtinue fuit in moyse. sed cito transijt. quia non erat veritas glorie sed figura. i. Lex. r. Omnia in fi. contin. illis Argumentum est qꝺ omnis gloria mundana que ē gloria mosaica cito transit. Si ergo sic fuit in gloria ministratio ista. quomodo non magis ministratio spiritus ⁊ legis noue que spiritualis est. quia spiritualia vocet. erit in gloria id est in maiori gloria quasi diceret sic Sz hanc gloriam non videmus. In qua ergo gloria erit? Certe i futura ⁊ eterna. De qua psal. Exultabunt san. in glo. Et sic patz prima ratio que est sumpta penes hoc. qꝺ lex nova vocet lēaz spiritualiter intelligi lex autem vet9 non ¶ Secunda rō sumit̄ penes hoc. qꝺ in lege noua dat̄ etiam gratia spūs sancti p mīstros ecclesie. q̄ iustificat hoiez Dicit g̃. Nā si mīstratio damnationis id ē lex mosaica. que damnabat ad mortem ēt pozalem. Et iō qꝺ supza dixit ministratiō mortis. hic dicit mīstrationē damnatiōis.

In gloria est. s. temporali. multo magis mi
nisterium iusticie. i. nouum testamentū ab
undat in gloria. Nota ergo istud qđ dixit
ante ministrationem spiritus. dicit hic mi
nisterium iusticie. quia in nouo testamen
to datur spiritussanctus per quem iusticia
ē in homine. Et q2 nouum testamentū abū
dat i iusticia. abundare debet i gloria ℣ro
uerbioꝝ. xv. In abundanti iusticia virtus
maxima ē. Et sic patet q3 ministri noui te
stamenti sunt magne dignitatis tā ex eo q3
docent litteram intelligi spiritualiter. q̄ ex
eo q3 sunt ministri christi. ꝛ eius instrumē
tum ꝛ dant spiritum sanctum per quem pec
cata dimittunt. ꝛ virtutes infundunt. qđ
ministri veteris testamenti non faciebant.
Et sic patet q3 ministri noui testamenti in
magna reuerentia sunt habendi et ipsi de
bent se in magna sanctitate ꝓseruare. vt tan
to ministerio digni sint quia christi qui salu
tem alios docet ꝛ spiritum sanctum aliis cō
fert ꝛ ipse salutē perdit ꝛ spiritusancto pri
uat. ꝛ per tale ministerium fit dign9 morte
eterna. i. Coꝝ. iiij. Sic nos existi. homo vt
mini. xpi ꝛ dispensa. ministerioꝝ dei. Et
sic patet totum.

¶ Dominica tredecima de euangelio.

Sermo. xc.

Beati oculi qui

vident que vos videtis. Luce. x. Euange
lium presens est valde pulcrum ꝛ magnuz
ꝛ multa in se ꝛtinens nec paucis verbis ex
pediri potest. In quo quidem euangelio q̄
stio apud antiquos philosophos multum
ventilata determinat in quo. s. esset beatitu
do. Quidam enim posuerunt beatitudinē
in bonis corporis vt epicuri. Quidaz i bo
nis mundi. scz diuitijs. honore. potentia et
sic de alijs. Quidam in virtutibz morali
bus. vt stoici. Quidam in virtutibz natu
ralibz ꝛ cognitione creaturarum ꝛ maxime
substantiarum separatarum vt peripatetici. id ē
aristotelici. Christus autem veniens i mun
dum qui ad hoc natus ē. vt testimoniuz p̄
hiberet veritati. ostendit q3 in omnibus su
pradictis vera beatitudo non consistit. sz in
visione ꝛ cognitione dei di. Beati oculi q̄
vi. ꝛē. In quo quidem euangelio princi
paliter tria continentur. Primo enim beati
tudo ab apostolis ꝛ eorum sequacibus i no
uo testamento haberi perhibetur. In prin
cipio euange. Secundo cuiusdam legisperi
ti alta interrogatio. ꝛ christi sapiēs respō
sio subinfertur ibi. Et ecce quidam le. sur
tem. eum. Tercio eiusdem legisperiti alia
interrogatio. ꝛ eius a christo per exemplum
explanatio subiungitur ibi. Ille autem vo
lens iust. seipsum dixit ad iesum Et quis est
meus proximus. Suspiciens autem iesus
dixit. Homo quidam descendebat ab hie
rusalem in iericho ¶ Primo ergo christus
pronunciat beatitudinez apostolorum ꝛ co
rum sequacium. que ab aduentu christi in
nouo testamento habetur. Que beatitudo
siue beneficium antiquis patribus quantū
cunq3 magnis non ē concessum. Dicit er
go beati oculi interiores ꝛ exteriores q̄ vi
dent que vos videtis. ꝛ non soluz vestri sz
omnium qui vident per fidem que vos vi
detis per spem. id est recte cognoscunt ista
sacramenta in me completa que vobis reue
lata sunt. Eandem enim beatitudinez xp̄s
repromittit credentibz ꝛ thome vidēti Jo
hannis. xx. Beati qui non viderunt ꝛ credi
derunt Unde cirillus hic di. q3 videre hic
non sumitur pro actu oculorum. alias herō
des ꝛ pilatus fuissent beati. qui christum vi
derunt. sed sumitur hic pro visu et recrea
tione mentis. sm qđ dicimus. iste vidit bo
na tempora. id ē gauisus ē bonis tempori
bus. Et sic patet q3 hanc beatitudinez nos
habemus qui christi beneficijs gaudemus
ꝛ ipsum per fidem videmus. Patres au
tem ve. te. vsq3 ad illud tempus christi be
neficijs non sunt gauisi. Et ideo nos sum9
magis beati q̄ ipsi. Et hoc est qđ sequitur.
Multi prophete predicentes futura esse q̄
vos videtis presentia. ꝛ similiter multi re
ges voluerūt videre oculo carnali q̄ vos vi
detis. s. me et que per me fiunt ꝛ non vide
runt. ꝛ audire que vos auditis. s. doctrinaz
et predicationem meam et non audierunt.
Sed ꝓtra. Johannis. viij. Abraam pater
vester exultauit vt videret diem meum vi
dit et gauisus est. Responsio illud intel
ligitur de visu spirituali. sed istud decor
porali et spuali sit. Hec g̃ gra antiqs pūbz
non est ꝓcessa. licz multū eaz desiderauerūt

Esa.lxiij. Utinam dirumperes celos et descenderes. Hoc enim ecclesie noui testamenti in apostolis ē pcessum. Antiquis autem patribus in figuris et enigmatibus. Nam alius vidit tres et vnuz adorauit. vt abraā Alius vidit rubum ardētez nō comburi et posteriora domini vt moyses. et sic de singulis. Nos autem reuelata facie gloriam domini speculamur vt apostolus dicit. Ubi nota q̄ hec beatitudo apparet esse in nobis plusq̄ in paribus et hominibus veteris testamenti quantuz ad octo. ¶ Primo quātum ad veri cognitionem quia aperte et non per figuras cognoscimus misterium trinitatis et incarnationis filij dei. Johannis.xvi Uenit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis. sed palam de patre meo annunciabo vobis. Epīe.iiij. Quod alijs generationibus non est agnitum filijs hominum sicut nunc reuelatuz est sanctis apostolis ei? ¶ Secundo quantum ad dei placationez quia immolata ē hostia per quam placati et reconciliati sumus deo. Roma.v. Cū inimici essemus reconciliati sumus per mortē filij eius. ¶ Tercio quantum ad debiti solutionem pro quo omnes in carcere detinebantur.i. Petri.i. Non auro vel ar.re.e.sz precio.san.ag.incon. ¶ Quarto quantuz ad spiritussancti donationem. quia per sacramenta et ministros ecclesie datur spiritussanctus ad robur. et ad vincenduz ex oī parte peccatum. quod in veteri testamento non fiebat. Johannis.xx. Accipite spiritumsanctuz ¶ Quinto quantum ad virtutis emanationem nam ex passione christi magna regula ad bene agendum emanauit Johannis.xij. Ego si exaltatus fuero a terra omnia trabam ad me.id est per virtutez passionis mee trabam ad me hominez qui est quodammodo omnia. ¶ Sexto quantum ad medicinarum preparationem. Nā ex latere christi pendentis in cruce fluxerūt sacramenta ecclesie efficaces medicine contra omnem morbum anime. et per hoc euāgelium omnino datur intelligi in homine sauciato. Fluxerunt etiam inde indulgentie ad peccatorum remissionem. ¶ Septimo quantum ad nobilissimi et virtuosissimi cibi institutionem. Johā.vi. Panis quem ego dabo vobis.ca.m.ē. ¶ Octauo quātum ad regni celestis possessionez. Lu.xxiij Hodie mecum eris in paradiso. Nunc vcem omnes patres vrē.testa. nō audierūt Uere ergo beati sūt oculi nostri. quia vident et audiūt ¶ Moraliter aūt ad edificationem nostram nota q̄ ad bene videndū tria sunt necessaria. sez instrumentum sanū medium aptum. et obiectum solidum. Similiter in visione spirituali hec tria necessaria sunt in qua instrumentum sanum ē cor mundum. Matbei.v. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Et tribus autem mundatur cor. Primo quando vis rationalis purgata ē ab errore diaboli. q̄ facit fides. Actu.xv. Fide purificans corda eorum. Secundo quando vis concupiscibilis purgata ē ab amore carnis. quod facit caritas spiritussancti. Augustin⁹. Gustato spiritu dī.om.ca. Tercio quādo vis irascibilis purgata ē ab amore mundi. q̄ facit spes. quoniam qui sperat meliora bona relinquit illa. Matbei.xix. Ecce nos reliquimus omnia. Qui ergo habent fidem rectam et carnalia desideria non sequunt. sed abnegant se et mundanis vanitatibus abrenunciant habent sanum oculum mentis ad videndum christum et eius beneficia. ¶ Medium autem aptum in visione spirituali ē triplex. sez speculū fidei.i. Cor. xiij. Uidemus nunc per speculum sez fidei Speculum creature Roma.i. Invisibilia dei per ea que facta sunt. intellecta conspiciuntur. Et speculum scripture. Johannis v. Scrutamini scripturas isse sunt que testimonium perhibent de me. Et sic patz q̄ in vita ista per tria possumus christum cognoscere verum deum et verum hominem sez per fidem et creaturas. Id est per opera que christus exercuit in creaturis. Johannis.v. Opera que ego facio testimoniuz perhibent ō me. Et per scripturas. Luce. xxiij Nonne sic oportuit christum pati. ¶ Obiectum autem solidum est christus in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Hebreo xij. Aspicientes in autorem fidei et consummatorez iesum. In hoc obiecto tria principaliter viderunt et considerauerunt apli que nos ēcipsiderare debem⁹. s. exempla opm ad imitandū. Jo.xiij Exemplum enim dedi vobis vt. Utabi-

lia virtutum ad regratiandum.i. De. In omnibus gratias agen. deo. Et documenta verborum ad instruendum. Luce.xxiiij. Tunc aperuit illis sen. vt intel. scriptu. Jo. banis. vi. Verba que ego lo. vo. spiritus vi. sunt. Et sic patet primum ¶ Secundo ponitur cuiusdam legispiti alta interrogatio & christi responsio Dicit ergo. Et ecce quidam legisperitus sur. vt ab om. vi. et sicsa. repu. tem. eum. Non ergo causa discendi sed se ostentandi proponit questionem dicens. Magister Doloſa lingua magistrum vocat cuius non vult esse discipulus sed temptator. Quid faciendo vitā eternam possi. At ille dixit ad eum. In lege qd scriptum est. quomodo legis. s. in ipsa lege. Et ille respondens ait Diliges dominum deum tuum tē. Et attende hic q in deu. et in math. non ponuntur nisi tria. lucas autē addit quartum scz ex omnibus viribo tuis Et hoc facit propter quattuor rationes p pter quas diligendus est deus. Prima q creator dans esse Secunda quia conseruator in esse. Tercia quia redemptor & creator in bene esse. Quarta quia glorificator in optimo esse Ergo diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. quia te ad imaginē suam creauit excellentem creaturam. ex tota anima tua. quia te conseruat et tibi fruit per angelicam naturā. Hebre. ij. Omnes sunt administratorij spiritus in minist. missi. Ex omnibus viribus tuis id ē ex omnibus tuis potentijs taz interioribus q̄ exterioribus quia te redemit et exaltauit factus homo in natura humana. Apoc. Redemisti nos domine i sanguine tuo & fecisti no. de. no. regnum id est reges. Et ex omni mente tua. q̄z te resuscitabit in anima & corpre glorioso ad diuinam gloriam Matthei xxv. Venite benedicti patris mei percipite regnum. Augustin⁹ autem sic exponit Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo id est intellectu sine errore. ex tota anima. id est voluntate sine contradictione. ex tota mente. id est memoria sine obliuione. Et dicit hoc non posse impleri in via sz ostenditur per hoc vbi implebitur scilicet in patria. Gregorius autem dicit ex toto corde id est super omnia. et dicit q ē inculcatio verborum. Addit autem & proximum sicut teipsum. qō exponit sex modis ¶ Primo sicut teipsum id est diligas in proximo quod debes diligere in te scz naturā & imaginem dei & virtutem non vicium ¶ Secundo sic sicut teipsum scz ex caritatis affectu et effectu non ex concupicentia carnis. ¶ Tercio sic sic teipsum id est in quo teipsum. s. in deo & non in mūdo ¶ Quarto sic sicut teipsum. id est ꝓpter qō teipsum scz ꝓpter deum & non propter commodum tēporale ¶ Quinto sic sicut teipsum id est ad qō teipsum scz ad gratiam in presenti & gloriā in futuro ¶ Sexto sic sicut teipsum. id est quomodo teipsum. scz supra res temporales & corpus proprium & infra deum. Qui sic diligit proximum legem implevit Et iō sequitur. Dixit illi recte respondisti. hoc fac & vives. Et nota q̄ per nomen proximi intelligitur omnis homo. vt dic̄ Augustin⁹. Et attende q̄ dilectio triplex ē. ¶ Prima — nature & hec proprie fm dyoni. dicit amor quo naturaliter omnia corporis existentia colligantur ad inuicem & communicant sibi alterutrum bonum quod habent. Unde dyonisius. Est autem amor quasi quidam diuinus circulus. ¶ Secunda est amicicie. Et hec vocatur proprie dilectio que est inter creaturas ratione vtentes eo q̄ in dilectione cadat electio que est vtentium ratione. ¶ Tercia est gratie & hec proprie dicitur caritas que includitur in hoc mandato specialiter. Amor ergo respicit naturaz. dilectio rationem. & caritas gratiam. Ponitur autem in mandato vnum pro altero. eo q̄ hec tria sint motiua ad diligendū deum. scz natura. ratio et gratia. Natura ergo respicit creatorem. ratio redemptorem. rationabile est enim vt qui tanta sustinuit p nobis diligatur a nobis Gratia iustificatorem. gratis enim nos iustificat. Excellentiam & virtutez istius mandati hic videam⁹ in quo omnia mandata implentur. et deq dominus speciale mandatum dedit. Joh. xiij. Hoc est p̄ceptū meuz vt dili. inuicem Hec est illa preciosa margarita pro qua hō omnia debet dare. quamuis ergo omnes virtutes sint preciose margarite. tamen caritas siue dilectio est omnibus preciosior. i. Corinth. xiij. Major horuzest caritas / Cuius excellentia & virtus ex tredecim apparz.

Primo ex similitudinis excellentia. naz ca
ritas omnibꝫ optimis in vnoquoqꝫ gene
re similat. In trinitate nanqꝫ dei spiritus
san. vna trium personarum verus deus a
mor est patris ad filium. vnde in diuinis a
mor ē vna de tribus personis per quem de
us ē omnia operatus. Inter angelos vero
supremus ordo scz seraphin ab incendio a
moris nominatur eo qꝫ pre ceteris dei amo
re ferueat. inter luminaria celi sol qui om
nibus preeminet amori comparatur. Naz
sicut sol omnibus se communicat ita amor
omnibus ē cōmunis. quia homines ī quo
cunqꝫ statu loco et conditione amare pos
sunt. Omnia etiā animalia amant alia suo
modo amandi. Inter elementa ignis q̄ no
bilior ē amori comparatur Luce. xij. Ignez
.i. amorem veni mit. in ter. Unde spiritus
sanctus qui ē verus amor in spē ignis sup
apostolos descendit. Inter metalla aurum
quod optinet primum locum amori cōpa
ratur ratione valoris et preciositatis. In
ter virtutes vero ipsa caritas obtinet primū
locum vt dictum ē. Inter omnia fortia mors
ē fortior que amori compa ratur. Can. viij.
Fortis ē vt mors dilectio. ¶ Secunda ex
virtutis efficacia. nam caritas plumbea fa
cit aurea transitoria perpetua. mortua viua
Opera enim de genere bonorum extra cari
tatem facta sunt blumbea ⁊ modici valoris
Sunt etiam transitoria. quia meritum tē
porale et finitum habent Sunt etiām mor
tua. quia vita gratie carent. et ad eternam
vitam ducere nō possunt. que omnia si fie
rent in caritate essent aurea. i. infiniti valo
ris. Essent perpetua quia perpetuum ⁊ eter
num meritum haberent. Essent viua. qz ca
ritas est vita operum. et ad vitam eternam
perducerent. Similiter caritas homines
mortuos in peccatis quotidie vinificat Un̄
de augusti. legimus. Vulnerauerat caritas
xpi cor eius et exempla seruorum dei quos
de mortuis viuos fecerat. s. caritas ¶ Ter
cio ex societatis valētia quia si omnes vir
tutes essent in vno nisi caritas eis socia retur
et cum eis inhereret non facerent eum bo
num nec deo acceptum. Caritas autem si
ne alijs si possibile esset. faceret hominē bo
num et deo acceptum. Aug⁹. Ubi caritas
est q̄d est quod potest obesse. et vbi caritas
non est quid est qd̄ potest pdesse Idez Ca
ritas est gratia gratiarum. alie virtutes sine
ea gratie non sunt. quia gratis non opera
tur. Et quia non sufficiunt reddere deo ani
mam gratam. vel etiam sua opera absqꝫ ca
ritate deo grata facere. Et nota qꝫ in eccle
tate deo grata facere. Et nota qꝫ in eccle
dei omnia fuerūt deaurata. vt parz. iij. Re
gum. vi. Itez in templo dei quod ē anima
omnia debent fieri in caritate et ex caritate.
¶ Quarto ex bonorum abundantia. Naz
qui habet caritatem est diues in omnibus
et abundat. et qui non habet ē pauper peni
tus nihil habens. Cui⁹ ratio triplex potest
assignari ¶ Prima quia caritas thesaurus
ē in agro cordis absconditus. pro quo ha
bendo omnia debent vendi Math. xiij. Si
mile ē regnum celorum thesauro absc̄dito
in agro ¶ Secunda est quia qui habet ca
ritatem. habet deum in anima. in quo sunt
omnia bona. Aug. Aurum habens in area
diues est. deum habens in conscientia di
or est. ¶ Tercia ē. quia caritas aliena bōa
facit sua. Aug. Pensent inuidi quantū bo
num est caritas. que sine nostro labore alie
na bona facit nostra Cuius ratio ē quia vi
dicitur. Mathei. xiij. Uita iustorum que
dam negociatio ē ⁊ societas. qui autem est
in societate particeps est omnium bonorū
societatis. per caritatem autez homo intrat
in societatem sanctorum et iō fit particeps
omnium bonorum que in ecclesia iustorum
fiunt. Psal. Particeps sum ego omnium
timentium te. ¶ Quinto ex penarum ire
gantia que non habenti caritatem infligi
tur. quia excommunicatur et ab omni bo
no separatur. Nam primo separatur a deo. i.
Cor. xvi. Si quis non amat dominum ie
sum sit anathema. glosa. i. separatus. Secun
do separatur ab angelis et a sanctis. Tercio
separatur a merito passionis xpi, ⁊ omniū san
ctorū. Quarto separatur a participatione sa
cramentorum ecclesie. Quinto separatur ab
omnibus virtutibus et donis ⁊ gratia dei.
Sexto separatur ab indulgentijs ⁊ missis. et
ab omni bono qō fit in ecclesia. cuius p ca
ritatem particeps erat. Septimo separat
a bonis propꝫ que vnqꝫ fecit et remanet
nudus sicut ribaldus qui omnia perlusit.
¶ Sexto ex personarum inherentia. naz ce
tere virtutes bonis et malis inesse possūt

caritas autem solum sanctis ꝛ filijs dꝰ inest Augustinus ¶ Caritas dei ꝛ proximi ꝓpria ꝛ specialis virtus sanctorum ē atq; priorum cum cetere virtutes bonis ac malis possint esse communes hec enim sola diuidit ꝛ discernit inter filios regni ꝛ seculi. ¶ Septimo ex perpetuitatis permanentia. quia cuꝫ cetere virtutes excidant. caritas nunq; excidit. i. Corinth. xiij. Haꝫ post mortem animam maxime diligit deum ꝛ seipsam ꝛ proximum. Poeta. Omnia preterent ꝑter amare deum. Homo etiam habens caritatem nunq; potest excidere nisi prius caritatem amittat. Unde sicut anchora tenet firmam nauem. ita caritas animam. ¶ Octauo ex remuneratione premij. Nam ꝑm caritatem premium glorie mensuratur. et non ꝑm aliā virtutem. neq; ꝑm operum multitudinem. quod dominus ostendit cum dixit ꝙ illa vidua que duo era minuta misit ī gazophilatium plus omnibus misit. Luc. xxi Et hoc ideo quia cum maiori amore ꝛ deuotione misit. et ideo plus meruit. Hec miruꝫ quia deus solam caritatem habet caram et sola caritas habet deum carum. Cuius signum est quia qui caritatem non habet pro nihilo dat deum. Aliquando pro vno denario. aliquando pro vno obulo. sed qui ē perfectus in caritate potꝰ vult mori. ꝛ omnia perdere q̄ a dei caritate separari. Roma. viij. Quis nos separabit a caritate christi quasi diceret nihil. ¶ Nono ex virtutum informatione. nam caritas omnes virtutes informat. ꝛ quia omnis actus seu operatio ē a forma. inde est ꝙ caritas omnes virtutes reducit in actum ꝛ facit operari. ꝛ actus omnium virtutuꝫ attribuuntur caritati. i. Corinth. xiij. Caritas pa. ē be. omnia. credit omnia. spe. ꝛc. Inde est etiam ꝙ nullum opus alicuius virtutis sine caritate valet ad vitā vel potest vitam conferre. i. Corinth. xiij. Silin. bo. lo. ꝛ an. ca. au. non ba. fa. suꝫ velut es. so. ꝛc. ¶ Decimo ex fortis vinculi colligatione. nam caritas ē vinculum fortissimum. quo solꝰ deus ligari potuit. Iugo de sancto victore. O caritas q̄ magnū est vinculum tuum quo etiam deus ligari potuit. ꝛ si contra deum fortis fuisti. multo magis contra homines prevalebis. Hoc vinculum traxit deum ad terram. ꝛ reclusit eum in vtero virginali. nullum vinculum potuisset eum ad columnam ligare. nisi hoc nullum ferrum in cruce euꝫ tenuisset nisi caritas affuisset. Caritas etiam hominis tenꝫ deum. Unde angelꝰ ex parte dei dixit loth caritatem habenti. Festina ꝛ saluare ibi qꝛ non potero facere quicq; donec ingrediaris illuc. Genes. xix. Et moysi dixit deus. Dimitte me vt irascatur furoꝛ meus cōtra eos. Exo. xxxi. ¶ Undecimo ex hominis transformatione. Nam caritas transformat hominem in deum. ꝓsal. Ego dixi dij estis ꝛ filij excelsi omnes. scilicet ꝑ caritatem. Subleuat etiam homines a terrenis et ad celum transfert. Est enim ignis subtilians crassa ꝛ omnem terrestreitatem consumens Ezechielis. viij. Eleuauit me spiritus inter celum ꝛ terram. Spiritus amoꝛ dei est Quod figuratum ē in helya. quem currus igneus sublevauit ꝛ in paradisum transtulit. iij. Regum. ij. Currus igneus habens duas rotas. ē amoꝛ dei ꝛ proximi ¶ Duodecimo ex nobili anime vestitione. Est enī caritas vestis nuptialis ꝛ regalis que facit hominem dignum nuptijs regis eterni. ꝛ q̄ cunq; ea caret repellitur tanq; indignus. Mathei. xxij. Amice quomodo huc intrasti ñ habēs vestē nuptialem. Hec vestis ē nobilissima. quia non de pilis animalium est facta. nec de visceribus vermium. sed ꝺ visceribus iesu christi. Hec ē tunica inconsutilis propter quaꝫ christus potius voluit scindi ꝛ perforari q̄ ipsa scinderetur. Hec ē tunica polimita. quaꝫ iacob fecit ioseph filio suo. id ē deus pater filio suo. quam fratres sui tinxerunt in sanguine quia propter caritatem corpus christi sanguine aspersuꝫ fuit. Esaie. lxij. Quare rubrum ē vestimentum tuuꝫ? Hec ē vestis regalis quaꝫ christus omni christiano donat in baptismo qua solum filij regis eterni vtuntur scilicet soli veri christiani ¶ Tredecimo ex suaui eius delinitione. Nam caritas grauia facit levia et aspera suauia. Augustinus Omnia seua ꝛ immania prorsus suauia ꝛ prope nulla facit amoꝛ. Mathei. xi. Jugum enim meum suaue ē ꝛ onus meum leue. scilicet amanti. alijs autem ē ita graue ꝙ ipsum nescitū ba

iulare. qđ bene nouunt qui caritatez nō habent. Exemplum huius patet in iacob qui seruiuit pro rachel.xiiij.annis.7 videbantur ei pauci dies pre amoris magnitudine Genes.xxix. Hoc etiam in amatoribus mūdi apparet.qui pro amore carnali mirabilia sustinent.7 omnia eis leuia videntur. Vere ergo possumus dicere illud. Sapientie.viij. Venerunt mihi omnia bona pariter cū illa. Et sic patet secundum ¶ Tercio ponitur eiusdem legisperiti quedam alia questio ex prioribus extorta 7 eiusdem explanatio. Et hoc ē. Ille autem volens iustificare seipsum id est iustum ostendere putans se ante hominem 7 non ante deum stare dixit ad iesum. Et quis est meus proximus? Suspiciens autem iesus 7c. Hic ponitur christi responsio 7 per exemplum explanatio. Ubi per quandam similitudinem ostendit omnem hominem esse proximum ac etiam inimicum. presumi enim potest q̄ ille qui descendebat ab hierusalem in hiericho fuerit hierosolimita.et per consequens iudeus cuius ille samaritanus qui erat inimicus gentis iudeorum curam egit.pertranseuntibus leuita 7 sacerdote gentis sue.qui dictus est fuisse proximus illi qui incidit in latrones. Suspiciens ergo iesus in celuz vt alios attentos ad audiendum redderet. 7 vt ostēderet q̄ omnis sapientia et doctrina de sursum a deo ē ait. Homo quidam descendit ab hierusalem in hiericho 7c. Littera plana est 7 hystoria. Nam inter hierusalez 7 hiericho est quoddam desertum olim a latronibus frequentatum. Hierusalem autem in monte sita est.7 hierico in campestribus sita q̄ vadens de hierusalem in hierico descēdit. In hoc desertum ductus ē iesus vt tēptaretur a dyabolo. ¶ Mystice autem in ista similitudine tria describuntur. Primo describitur lapsus primi parentis 7 totius generis humani in illo. Et hoc ē. Homo q̄dam. Secundo ostenditur defectus legis 7 sacrificiorum veteris testamenti ad liberationem ipsius ibi. Accidit autem vt quidā sacerdos. Tercio reparatio ipsius per filiuz dei, facta insinuatur ibi. Samaritanus autem 7c. Homo iste adam est 7 totum genus humanuz in eo,qui peccando descendit ab hierusalem.id est paradiso terrestri 7 statu pacis 7 visionis dei. quia anteq̄z peccatum faceret omnia aderant ei in pace.7 pace pectoris 7 temporis 7 omnium creaturarum potiebatur. Hierusalez.n. visio pacis interpretatur. Recedendo ergo ab hierusalem descendit in hierico. id est in defectus multiplices et miserias humane nature et mundi quos quotidie experimur. Et ideo dicit descendebat quod ē verbum preteriti imperfecti temporis 7 signat continuationem preteriti ad presens. Hierico autem luna interpretatur.7 significat mutabilitatem humane nature 7 mundi. Qui incidit in latrones. id est in demonum potestates. quia ab eis devictus ē.ij. Petri.ij. A quo enim quis superatus ē huius 7 seruus est. Qui etiam despoliauerunt eum. scilicz gratuitis donis.nam homo peccando perdidit gratiaz dei. Ubi nota primum hominem 7 nos in illo tripliciter spoliatum fm triplex vestimentum quod per peccatum amisit scilicet innocentie immortalitatis 7 gratie vel virtutis. Job xix. Spoliauit me gloria mea.quo ad primum.abstulit coronam de capite meo.quo ad secundum. Destruxit me vndiq̄z 7 peo.quo ad tercium. Et plagis impositis. quia vulnerauerunt eum in naturalibus. ¶ Omnia enim naturalia et potentias anime et membra corporis vulnerata habemus 7 ad malum naturaliter inclinamur. Genes. viij. Sensus enim 7 cogitatio humani cordis prona sunt in malū ab adolescentia sua. Quod ante peccatum non erat. imo naturaliter inclinabatur ad bonum sicut modo ad malum 7 plus. Ubi nota q̄ homo in naturalibus est tripliciter vulneratus fm tres vires anime naturales. Vis enim rationalis est per veri ignorantiam vulnerata.concupiscibilis per malicia siue concupiscentiam mali. irascibilis q̄ impotentiam boni.7 sic remansit ei nosse obtenebratum. velle maculatum. posse debilitatum. De istis ille tres lancee quas in corde absolon ioab id est dyabolus infixit Et sic abierunt semiuiuo relicto. id est vita naturale tantum relicta 7 illa diminuta 7 penosa. Et ideo talis vita ē quasi mors 7 taliter viuere ē quasi mori. Unde cantam? Ve

dia vita in morte sumus. Vitam autē gra/
tie que est vera vita abstulerunt. Et attēde
q̄ abite dicuntur non cessando a tempta/
tionibus sed insidias occultando. Hā pri/
mum hominem in forma assumpta scilicet
serpentis visibiliter temptauerunt. nos au
tem inuisibiliter temptant. ⁊ insidias inui/
sibiles parant. Accidit autem vt sacerdos
cerdote ⁊ legis in leuita ad curationem ca/
sus humani. quia neq̄ aaron sacerdos cuz
omnibus sacrificijs. neq̄ moyses leuita fra
ter eius cum lege potuerunt hominem cu/
rare. sed soluz ostenderant vulnus. Et hoc
est q̄d di. q̄ viso illo pretertit. imo magis p
transgressionez exuperauerunt. Romanoz
v. Lex subintrauit vt abundaret delictum
Dicit autem pretertit quia lex venit ⁊ ste/
tit q̄sq̄ ad tempꝰ prefixum. deinde nō va/
luit curare abijt scilicet in aduentu filij di
Romanoz. viij. Haz q̄d impossibile erat
legi in quo infirmabatur in carne. deus fili
um suum mittens in similitudinem carnis
peccati. ⁊ de peccato damnauit peccatuz in
carne. Vide etiam q̄ lex non ad hoc data ē
precogitatiue vt hominem curaret. Et ideo
dicit accidit. quod consueuimus dicere in
his que non premeditatiue fiunt. vt dicit
theophilus. Hec immerito sacerdos et le/
uita non potuerunt sauciatum sanare. cum
ipsi essent eodem modo et eodem vulnere
vulnerati Et ideo necesse habebant sicut p
populo ita ⁊ pro se hostias offerre. Hebre.
ij. Et hoc est quod hic dicitur. descēdit ea/
dem via. oportebat enim carere vulnere q̄
posset humanum genus sauciatum curare.
⁊ ideo sequitur. Samaritanus autem qui
dam ꝛc. Hic ostenditur reparatio humana fa
cta per filium dei. quia samaritanus quidā
id est christus qui singularis ⁊ solus inuē/
tus est ad genus humanū liberandū Apo.
v. Et ego flebam multum. quia non ē inuē
tus. neq̄ in celo neq̄ in terra. neq̄ subtus
terram. qui aperiret libruz ⁊ solueret signa
cula eius. Et ideo dicit quidam samarita/
nus. Samaritanus autem custos interpꝰ
tatur qui christus est. de quo ꝓpheta. Nisi
dominus custodierit ciuitatem ꝛc. Dic au
tē iter faciēs q̄si ex ꝓposito veniēs vt nos cu

raret. Vel est aūt in silitudie carnis peccati. ⁊
iō sec⁹ eū venit. q̄ i similitudie. Veniēs au
tem factus est compassionis nostre suscep/
tione finim⁹ ⁊ misericordie collatione vi/
cinus. Unde sequitur. Et videns eum mi
sericordia motus ē. Augustinus. Videns
quidem eum iacentem non volentem. non
currentem. ⁊ ideo misericordia motus est.
q̄ in eo nullū meritū inuenit q̄ curari dig/
nus esset. sed ipse de peccato damnauit pec
catum in carne. Unde sequitur approprias
alligauit vulnera eius infundens oleum et
vinum. Augustinus. Et quid est tam lon/
ginquum. quid ē tam remotum. q̄ deus ab
hominibus. immortalis a mortalibus. iu/
stus a peccatoribus. nō loco ē longe sz dis/
similitudine. ⁊ ideo appropiauit. Cum enī
haberet in se duo bona scilicet iusticiam et
immortalitatem. ⁊ nos duo mala. scz iniq/
tatem ⁊ mortalitatem. si vtrumq̄ maluz no
strum suscepisset parum nobis profuisset ⁊
liberatore nobiscum opus haberet vt ergo
hoc non esset quod nos sed prope nos. nō
ē factus ille peccator sicut nos. sed factus ē
ille mortalis sicut nos. suscipiendo penam
⁊ non culpam. vt ⁊ culpam deleret ⁊ penam
Alligatio autem vulnerum ē cohibitio pec
catorum que per vinum ⁊ oleū compescuit
nam in vino mordente vulnus austeritas
preceptorum significatur. sicut in oleo mi/
sericordia ⁊ remissio peccati. Gregoriꝰ In
vino morsum discretionis adhibet. in oleo
molliciem pietatis. Per vinum mundeñ/
tur putrida. per oleum sananda foueantur.
Miscenda est ergo lenitas cum seueritate
⁊ faciendum ē quoddam ex vtroq̄ tempe/
ramentum. vt neq̄ multa austeritate exul/
cerentur subditi neq̄ nimia benignitate sol
uantur. Hoc figuratum ē in eo q̄ dominus
mandauit simul reponi in arca mānā ⁊ vir/
gam. In manna dulcedo. in virga austeri/
tas designatur. Cris. Vel vinum infundit
id est sanguinem passionis ⁊ oleum chris/
matis. vt indulgentia daretur per sangui/
nem ⁊ sanctificatio conferretur p chrisma/
tis vnctionez. Infuso itaq̄ vino ⁊ oleo im
posuit eum super iumentum. Augustinus.
Jumentum eius ē caro. in qua ad nos ve/
nire dignatus est. Imponi iumento est in

ipsam incarnationem christi credere p cuius fidem sanamur. Ambrosius. Vel iuxta imponit dum peccata nostra portat et p nobis volet. i. Petri. ij. Qui peccata nostra ptulit in cor. suuz super lignum Theophilus. Vel imposuit in iumentum suum. id est in corp⁹ suum. mẽbra sua nanqz nos fecit 7 participes corporis eius Sequitur Et duxit eum in stabulum. id est in ecclesiam Triso. Est enim stabulum ecclesia que in itinere huius mundi lassatos et sarcinis delictorũ depressos suscipit venientes. vbi deposito onere peccatorum viator lassus reficitur 7 refectus salubri pascua repatur Et hoc ẽ qđ dicitur. Et curam illius egit. Totum enim quicquid contrarium et nocens 7 malum est foris ẽ. quia intra stabulum requies omnis 7 salubritas inclusa est. Ambrosius. Sed non vacabat huic samarita no diu in terris tegere. redeunduz enim erat vnde descenderat. Unde sequitur Et altera die protulit duos denarios et dedit stabulario 7 ait. Curam illius habe. Quis est iste alter dies nisi iste dominice resurrectionis de quo dictum ẽ. Hec ẽ dies quam fecit dominus. Duo autem denarij sunt duo testamenta. que imaginem in se habent regis eterni expressam. quorum precio vulnera nostra curantur. que data sunt stabulario. id ẽ ecclesie prelatis 7 doctoribus vt ipsi populum pascant. Augustinus. Vel duo denarij sunt duo precepta caritatis. q̃ per spiritum sanctuz acceperunt apostoli ad euangelizandum ceteris. vel promissio vite presentis 7 future. Sed quia multi prelati obseruant non solum precepta sed etiaz consilia ad que non tenentur. ideo subdit. Et quodcunqz supererogaueris ego cũ rediero reddam tibi. id est cum retribuam singulorum mercedes. His ergo premissis dominus legisperitum interrogat subdens Quis horum videtur tibi proximus esse illi qui incidit in latrones. At ille dixit Qui fecit misericordiam in illum. Necz enim sacerdos. necz leuita factus fuit proxim⁹ patientis. sed ille qui eius misertus ẽ Inutilis enim ẽ sacerdotij dignitas et legis scientia nisi per bona opera confirmetur. Et ideo sequitur. Et ait iesus. Vade et tu fac similiter. Triso. quasi diceret. Si quem vides oppressum non dicas vnqz necz est. sed sive sit gentilis. sive sit iudeus. 7 ope indigeue sit gentilis. sive sit iudeus. 7 ope indigeat non cauilleris. ius habet auxilij quicũqz mala fuerit passus. Augustinus. Ex hoc intelligimus illum esse proximum cui vel exhibendum est officium misericordie vel exhibendum esset si indigeret Ex quo iam cõsequens ẽ vt etiaz ille a quo nobis vicissim hoc exhibendum est. proximus noster ẽ. Proximi enim nomen ad aliquid aliud est. nec quisqz dicitur esse proximus nisi proximo patet nullum exceptum esse cui misericordie tenegetur officium. Quis non videat dicente domino. Benefacite his qui oderunt vos. Ambrosius Non cognatio facit proximum sed misericordia. Et sic patz mistica expositio Moraliter autem ad edificationem nostram exponitur de peccatore Nam iste sauciatus figuram peccatoris tenet propter septem mala que ei per peccatum mortale eueniunt. que in hoc sauciato designantur Primum est descensus vel ponus deiectio scilicet nature. conditionis. 7 loci. Hanc triplicem deiectionem peccatores patitur 7 propter peccatum. Nam trãsfiguratur in bestiam. vt dicit boecius. ij. de consolatione prosa. v. sic inquiens. Humane quippe nature ista conditio est vt tũc tãtum ceteris rebus cum se cognoscit excellat eadem tamen infra bestias redigat̃ si se nolierit. nam ceteris animantibus sese ignorare natura est. hominibus vicio venit. Conditio eius pessima est 7 regioni vmbre mortis deputatur. Hec omnia patenti pri ra eorum bona facta ẽ mala. 7 senserunt se nudos. id ẽ rebellionem in carne. Et cõdilio eorum optima facta ẽ mala. vt qui a nullo poterant pati ab omnibus paterentur. 7 proiecti sunt de paradiso in hanc vallẽ miserie. Hieremie. ij. Vide q̃ malum 7 amarum ẽ dereliquisse te dominum deum tuũ. Hoc denotatur ibi. Descendebat Secundum ẽ amissio pacis pectoris tam presentis 7 eternitatis. Peccator enim in seipso habet bellum quia conscientia remordet. Iob ix. Quis restitit ei 7 pacem habuit. Cum proximo non diligit pacem habere non po-

teſt. Prouer. xiij. Inter ſuperbos ſp̄ iurgia ſunt. Pace eternitatis ſimiliter priuatus ē. Eſa. lvij. Non eſt pax impijs dic̄ dominus Hoc notat ibi. ab hierim q̄ interp̄tatur viſio pacis. ¶ Tercium eſt mutatio ſ̄z libertatis. dignitatis ⁊ pinguitatis Naz qui erat liber fit ſ̄u⁹ peccat̄. Jo. viij. Qui facit peccatum ſ̄u⁹ eſt peccat̄. Qui erat filius regis eterni. fit filius dyaboli. Jo. viij. Vos ex patre dyabolo eſtis. Qui erat diues. i. pinguis vtpote p̄ceps meritī chriſti ⁊ omnium bonoꝝ que fiunt in eccleſia. fit omnino pau⁹ p̄enit⁹ nihil habens. Pro uerbioꝝ. xiij. Eſt quaſi diues cū nihil habeat. ⁊ eſt quaſi pau⁹ cum in multis diuitijs ſit. Hoc notatur ibi. in hiericho. qō interp̄tatur luna que ſp̄ mutat̄. ¶ Quartum ē incurſio maloꝝ. ſ. culpe. pene ⁊ nequicie dēmonum. Nam malum culpe incurrit dēmendo diuinam maieſtatem. malū pene incurrit cum mortem anime et corporis q̄ eſt finis omnium maloꝝ ſubeat ꝑdemnatus. Bap. ij. Vorte turpiſſima cōdemnemus eum. Malum nequicie dēmonum incurrit cum ab eis nequiter tractat̄. ⁊ eoꝝ potestati ſubditur. Hoc notatur ibi Incidit in la. ¶ Quintum ē expoliatio innocē-tie. gratie ⁊ virtutum ⁊ omnium bonoꝝ ſuorum Nam hō p̄ peccatum veſte innocentie cruc̄. quam in baptiſmo induit. gratia dei ⁊ omnib⁹ virtutib⁹ priuatur ⁊ omnia bona ſua auferuntur ab eo. Matth. xxv. Et auteꝝ qui non hz ⁊ q̄ hab. auferet. ab eo. Hoc notatur ibi. Deſpoliauerunt eum. ¶ Sextum eſt vulneratio. ſ. intellectus voluntatis et memorie ac omnium potentiaꝝ anime. naz in fallacijs occupatur tranſitoria bona diligit. ⁊ maloꝝ recordat̄. hoc notat̄ ibi. plagis im. ¶ Septimum ē ꝓſtratio. qz semiuiuus iacebat in terra. Jacet peccator quaſi mortuus in terra. qz non ſentit mala q̄ incurrit. ⁊ bona q̄ perdidit. non ſumit alimentū anime ⁊ non recipit medicinas ſacramentorū eccleſie. Hec enim tria ſunt ſigna hominis quaſi mortui. ſ. non ſentire. non ꝓfortari et non recipere medicinas. Et ſic patet totum totum de euangelio.

De epiſtola Sermo. xci.

xci

Abrahe dicte ſunt ꝓmiſſiones ⁊ ſemini eius Gal. iij. Supius apoſtol⁹ ꝓbauit p̄ ſcripturas q̄ hereditas eterna non datur ex lege ſed ex libera ꝓmiſſione dei. q̄ gratis eam repromiſit abrae ſore vandam in ſemine ſuo. Hoc idem ſupra immediate probauit p̄ conſuetudinē humanam q̄ in teſtamentis ſeruat̄ que eſt. Poſt teſtamentum teſtib⁹ ⁊ inſtrumento ⁊ morte teſtatoris firmatum nemo ſpernit aut aliter ordinat q̄z teſtator ordinauit. ſed ordinatio teſtatoris habet̄ rata ⁊ firma. Hanc ergo cō-ſuetudinem in epl̄a hodierna applicat ad ꝓpoſitum ⁊ ſm eam diſputat. ⁊ per eaz ꝓbat q̄ hereditas eterna dat̄ ex libera ꝓmiſſione dei ⁊ non ex lege. In qua epl̄a quattuor facit. Primo ſupradictam ꝓſuetudinem humanā ad ſuum ꝓpoſitum apta t. ſ. q̄ ex ꝓmiſſione dei quam de⁹ gratis fecit abrae. ⁊ non ex lege moyſi dat̄ eterna hereditas. In principio epl̄e. Secundo oſtendit talem ꝓmiſſionem eſſe ꝓfirmatam a deo. ⁊ ꝓbat q̄ lex non eſt aduerſus talem ꝓmiſſionem. nec cā euacuat ibi. Hoc autem dico teſtamentum ꝓfirmatum a deo. Tercio monet quandaz queſtiōz ⁊ ſoluendo pertractat ibi. Quid ergo lex ꝓpter tranſgreſſionem poſita eſt? Quarto monet quandam aliam queſtionem ⁊ ſoluendo errorem inde eliminat ibi. Lex ergo aduerſus ꝓmiſſa dī abſit? Primo ergo adaptat predictam ꝓſuetudinem humanā ad ſuum ꝓpoſitū dī. Abrae dicte ſunt ꝓmiſſiones. quaſi dī. Si humanum teſtamentū p̄ teſtes roboratum manet ⁊ē ſtabile. multomagis ꝓmiſſio dei qui mentiri non p̄t. Sed abrae dicte ſunt ꝓmiſſiones a deo ⁊ ſemini eius. i. ꝓmiſſum eſt abrae q̄ in illo ⁊ p̄ illum qui de ſemine eius naſcitu rus erat. omnes gentes debebāt benedictōnem gr̄e ⁊ glorie hereditare. Et hoc eſt q̄ ſequit̄. Non dicit i ſemib⁹ quaſi in multis vt p̄ multos deberet eſſe tal̄ bñdictio. ſz ōſi in vno. i. per vnum qui eſt x̄ps. talis bñdictio debet gentib⁹ ꝓuenire. Et fit hic relatio ad rem ſuppoſitā in termino ſeminis. ⁊ ſi ad ſignificatū. Et nota q̄ dicit ꝓmiſſiones qz hoc pluries ſibi deus repromiſit. vt

patz. Gen. xvi. xvij. et xviij. Et sic patz primum ¶ Secundo ondit talem promissionez esse confirmatam a deo. et probat q lex postea data moysi non e aduersus talez promissionem nec eam euacuat. Dicit g Hoc autez sez qd dictum est supza q solum in vno semine abrae. i. xpo benedictio erat futura. dico. i. veraciter affirmo testamentu confirmatum a deo esse eo mo q deus potuit confirmare. qz iurando p seipsum cum non haberet maiorem p que iuraret. Hebre. vi. Abrae promittens deus qz neminez habuit maiorem p quem iuraret. iurauit per semetipm Gen. xxij. Per memetipsum iurauj dic dominus. qz fecisti rem banc zc. benedicentur in semine tuo omnes terre qz obedisti voci mee. Item confirmauit replicando promissionem. Facta e enim abrae repromissio i ysaac iterata. et in iacob repetita. vt sic possent esse testes promissionis diuine. qz in ore duoru vel trium stat omne verbu zc. Postqz probauit talem promissionem esse confirmatam a deo statim probat q lex non e aduersus talez promissionem nec eam euacuat. et ponit ad hoc duas rationes. quaz prima sumitur ex tpe dationis legis. secunda ex ratione et ca promissionis ibi. Haz et si ex lege hereditas Dicit ergo. Si sic confirmatum e a deo et hoc non facit ipsum irritum lex ad euacuandam promissionem. i. ita q promissionem euacuet. q. i. qz illa facta est post quadringentos. et. xxx. annos. suple a promissione facta abrae. a natiuitate enim ysaac fluxerunt quadringenti anni. Et est ro talis. Abrae facta est promissio quam credens iustificat? est vt dr. Ro. iiij. Ergo cum lex tot annis fuerit post promissionem. no potuit iustificare abraam vt fieret promissio propter ipsam. lex ergo postea data non iustificauit abraam nec in ipsa nec p ipsam accepit et meruit repromissionem. Secunda ratio e talis ad idem probandum. Lex non potuit irritare dictum testamentu cum fuerit tanto tpe subsecuta qd si dicat imo ex lege est grana in presenti et eterna hereditas in futuro. hoc non est vez. Nam si ex lege hereditas eterna. et grana in pnti habenda e. ergo non ex repromissione. cum enim abraam non fuerit sub lege sz añ legez sequit q sit frustratus promissione qz ex promissione tm habere debebat. Et hoc est qd subdit. Abrae autem p repromissionem donauit de?. et non p legem. donauit inqua et graciam in pnti et eternam hereditatem in futuro Ro. iiij. Non enim ex lege promissio abrae et semini ei? vt heres esset mundi. In q ostendit q non dat eterna hereditas ex sufficientia meritoz. sed magis ex liberalitate datoris eaz promittentis Et sic patet secundum. ¶ Tercio mouet quandam questionem q talis e. Si lex non iustificat ni fert hereditatez eternam. quid ergo e lex? id est ad quid data e lex et q est eius validitas Et rndet statim dicens. propter transgressiones posita est. s. reprimendas et coercendas Lex enim dr a ligando. vt ligaret feneticaz naturam q ad omnia vicia pna erat Gen. viij. Proni sunt sensus hominis in malum ab adolescentia sua. Vel propter transgressiones puertendas. vt ho qui de suis meritis confidebat acciperet pcepta in quibus aptetis deficeret et sic quereret saluatorem. Et etiam propter transgressiones multiplicandas occasionaliter vt sic videtes manifeste q multiplicarent peccata clamaret p saluatore baptizando propter hoc enim data est lex vt natura non sp sed donec veniret. i. in carne a patre ret semen. s. abrae cui repromiserat dns. q per ipsum esset benedictio. Dicit autez ips semen qz per ipsum e radix et origo omnis boni. Esa. vi. Semen sanctu erit id qd sterit in ea. s. in maria. Si ergo tm debebat durare lex q fuit per angelos ordinata tanq p ministros et fuit data eoz ministerio patet q e tpalis. vel per angelos vt dicit glosa. i. p moysen et alios ministros dei q angeli dicuntur. Malachie. ij. Labia sacerdotis custodiant scientiam et legem requirent de ore eius. qz angelus dnj exercituum e Ordinata dico in manu mediatoris. i. in potestate xpi vt q diu vel let staret lex. vnde non erat stabilita simpliciter. Matb. vi. Dns est filius hominis etiam sabbati. Deutro. xxiij. In textu ei? ignis lex. Iste ergo mediator ips est. qui est deus et homo. io non est vnius nature. sed duas naturas habuit in se. s. diuinam et humanam. et hoc valde pueniens qz ipse debebat inter deu et hominem mediare. ideo cuz vtroqz debuit pueniens habere. Aug?.

Mediatorē inter deum ⁊ hominem opor/
tet aliquid habere simile deo. ⁊ aliquid si/
mile hominib⁹ ne in vtroq⁹ simile homini/
bus longe fieret a deo. aut in vtroq⁹ simile
deo longe fieret ab hominibus. Deus aūt
vnus est. i. quamuis mediator iste sit deus
⁊ homo est tamen vnus deus ⁊ nō sunt plu
res dij. Iste ergo mediator fecit pacem in
ter deum ⁊ homines ⁊ inter diuersos popu
los simul. reducens eos ad vnam fidem
⁊ ad vnam ecclesiam ⁊ ad vnam legem euā
gelij. qui ante diuersas leges habebant. nā
gentiles habebant legem nature ⁊ iudei le
gem moysi. Lex autem euangelij ꝓtinet de
calogum moysi ⁊ legē nature ⁊ vtriusq⁹ mul
ta superaddit multa resecat nā a lege moy/
si resecat ceremonialia. a lege autem gentili
um superstitiones de cultu ⁊ latria deorum
⁊ veneratione creaturarum. Sic ergo me/
diator iste oīa reduxit ad ꝯcordiam. Ephe.
ij. Ipse enim ē pax nostra. qui fecit vtraq⁹
vnum. Et nota hic quomodo debemus eū
reuereri ⁊ honorare cum ipe sit rex noster ⁊
legifer noster. ⁊ iudex noster omnibus his
psueuerunt homines magnam reuerentiaz
exhibere. Nota etiam hic de saracenis quā
tam reuerentiam faciunt machameto. q̄ de
dit eis legez et iudei moysi. ⁊ miseri xp̄iani
non diligunt regem eorum. non honorant
legisex suum. non timent iudicez suum. nō
remunerant aduocatum suum ⁊ non reco/
gnoscunt beneficium mediatoris sui. Et sic
patet tercium ¶ Quarto mouet quandaz
aliam questionem dicens. Lex ergo ad/
uersus promissa dei. quasi diceret. debebat
dari benedictio ⁊ gratia que promissa erat
in semine abrae per quam iustificatio pecca
toris fieret et data est lex transgressionum
multiplicatiua ⁊ maledictionem ⁊ iram di
nō obseruantib⁹ inducens cuius obseruato
res nō inueniebant ergo videtur q̄ lex sit
data ꝓtra id qd̄ deus ꝓmisit abrae. Sed
ipse soluit dicens Absit sez q̄ hoc sit verū.
imo lex est ordinata in promissionem. qd̄
probat. quia si lex data esset que iustifica/
ret vel viuificaret. nunc lex esset ꝓtra ꝓmis/
sionem. quia ipsam euacuaret cum ex lege
nature esset iusticia. sic enim omnes quere
rent legem cum in ea iustificarentur. et sic
Non ass. inquit no. dei. tu nua. Talis est sicut ficulnea que habebat solū folia cui xps maledixit que statim aruit. Matb. xxi. Et nota hic q̄ super tunicā xpi incōsutilem q̄ hāc vestem significabat milites pilati miserunt sortem. sic multi ꝓpter banc vestez ꝑciosam mittūt sortes. dū exponūt eā fortune dicentes. Si vere saluari saluabor. statutū est eīm quid debeat esse ō me. Quidam aūt banc vestem furant. sic dr q̄ pilatus furatus est tunicā incōsutilem xpi. t hi sunt ypocrite t hereici qui veniūt in vestimentis ouiū. intrinsecus aūt sunt lupi rapaces. vt dr Matb. vij. Qui habent vocem iacob. sed manus esau. Hi sunt vulpes sampsonis qui incendūt totā messem ecclesie. Vulpes aūt habent optimā pellez t pessimas carnes. t ideo decoriari debent Item nota q̄ xps banc questionē ꝑcise facit ꝓlatis ecclesiaꝝ in morte. Querit eīm ab eis tria. Prīo quo huc ītrasti. vtꝝ itroduxit te mun⁹ tempale vel ꝓmodū. an ōs t bonum anime. Secūdo quo vxisti an sicut homo vel pec⁹. Tercō quomodo rexisti te vtꝝ sez habueris te vt pastor vel sicut ydolū depictuz. At ille obmutuit. q̄ de his omnib⁹ male respōdere potuit. nō eīm ꝓuidit sibi quo respondere deberet. ¶ Tercio pena eius subiūgitur. q̄ ligatis ma. t pedib⁹ mit. eū in te. ext. Ligātur eīm man⁹ peccatoris in inferno. q̄ nihil potest opari. Eccl. ix Quodcūq̄ pōt man⁹ tua facere instanter opare. q̄ nec o. nec rō. nec sapia. nec scīa. er. ap. infe. q̄ tu ꝓpe. Ligāt t pedes q̄ nihil boni desiderat. imo hz volūtatez obstinatā in malo t vellet oēs damnari. nec dolet de malis ꝙ fecit msi inq̄ntū sentit penam. sz nō dolet de malo. q̄ malū. Desnaturaliq̄ aīe est affect⁹ aime vt di. aug. Q̄ eīm pctōr habuit dū viueret man⁹ ligatas ad bona opa. t pedes ad desideria verorū bonoꝝ dignuz est vt in alia vita sibi man⁹ t pedes ligētur. vt sicut ligatus hic exiuit ita ligatus ꝑpetuo maneat. Sic ergo ligatus peccator mittitur in tenebras exteriores inferni vt q̄ habuit dum viueret tenebras mētis interiores habeat post mortē tenebras corpis exteriores. Et sic de tenebris trāseat ad tenebras q̄ lux venit ī mūdum t dilexerūt hoīes magis tenebras q̄z lucem. Job. iij. Et in tenebris illis erit fletus ꝓpter vehemētiam ignis t stridor dentiū. ꝓpter vehemētiaz frigoris. Job. xxiij Ab aquis niuiū transeunt ad calorem nimiuz. Greg. Illic dentes strideant q̄ hic de edacitate gaudebāt. illic oculi defleāt q̄ per illicitas ꝓcupiscentias versabant. q̄ tenus singla mēbra supplitio subiaceāt q̄ hic singlis quibusq̄ vicijs subiecta seruiebant. Dz si ē ibi ignis quomodo sunt tenebre. Et dicendum quod ab igne illo abscinditur lux t splendor. vt di. glo. super illud. ꝑs. Clor domini intercidentis fla. ignis. ¶ Ultimo respondet tacite cuidam questioni. quia ex quo solum vnus ꝓiectus ē de nuptijs ergo multi sunt electi pauci vero damnati. Hoc christus soluit dicens. Multi sunt vocati pauci vero electi. i. multi sunt vocati sz ad fidem t multi veniunt sed pauci sunt electi sz ad regnum glorie q. d. Et si de vno dicitur qui est ꝓiectus de nuptijs. de multis tamen est intelligendum. quia per illum vnum omnis multitudo malorꝝ intelligitur. quia omnes vna catena dyaboli catenātur. t ideo oēs sunt quasi vnus homo. Bap. xvij. Una enim catena tenebrarum omnes erant colligati. Hic cadit exemplum illius cancellarij parisiensis qui post mortem apparuit t interrogatus si damnati scirent diem iudicij Respondit omni die videtur nobis q̄ fulminatur mundus. quia tot descendūt ad infernū. Pauci ergo sūt electi. ozig. Timēdum est christianis ne eo numero intret in regnū celorꝝ quo filij israel intrauerunt in terram ꝓmissionis. Et sic patet totum de euangelio.

¶ De epistola. Sermo. cv.

Videte quo modo caute ābuletis. Eph v. Tota vita p̄sens est quedam via p̄ quam itur ad vitam t ad mortem. Quia si homo ambulat per viam christi t virtutum pergit ad salutem. t vitam. Joban. x. Per me si quis introierit saluabitur. Si autem ambulet per viam dyaboli t viciorum. pergit ad perditionem t mortem. Mat. vij. Lata et

spacioſa, eſt via que ducit ad perditionez Talia dyaboli dr spacioſa qz permittit hoiez facere quecūqz vult. z ideo mlti ambulāt in ea qz oēs stulti. Stultoz aūt infinitus est numerus. Ecc. i. In hac aūt epla beat? pau. hortat oēs fideles vt in via vite p? sentis caute ambulent quatenus puenīāt ad salutem vt sapientes z nō pergāt ad dānationē vt insipientes z stulti. In qua q? dem epla quatuor facit. Primo nos hortat vt in via pūtis vite caute ambulemus vt sapientes. qm impedimēta multa sunt In p?n. epl'e. Secundo hortat nos vt di voluntatē cognoscamus. qm tenebre mlte sunt ibi. Propterea nolite fieri imprudentes. Tercio hortat vt ab ebrietate cauemus z vinis spūssancti impleamr. qm vana multa sunt ibi. Et nolite inebriari vi. ī q est luxuria. sz implea. spūsa. Quarto nos hortat q. p vinis z in vinis spūssan. deo sp gratias referamus qm superbia z vana gl̄ia multa est ibi. Gratias agentes semper. p oībus ?c. ¶ Primo ergo nos hortat vt in via pūtis vite caute ambulem?. dicens. Vide. i. oculo rationis diligēter cōsiderate quō caute ambuletis. i. q̄ moderamīe z qua cautela. Prouer. iiij. Dal pedes tue pcedant gressus tuos. Animalia ista sctā. de quib? dr Ezech. i. plena erant oculis ante z re. per q̄ viri sancti designāt Ambulandū est ergo sūma cautela z moderamine. ppter quā tuor. ¶ Primo propter vie obscuritatē. p. v. Posuerūt me in tene. z in vmbra mor. ¶ Secundo ppter vie lubricitatē. ps. Fiat via ip̄orum tenebre. et lu. Valde em facilit̄ bō cadit in via penitentie qz multa sunt lubrica. ¶ Tercio propter laqueoz multiplicitatem. Ecc. ix. In medio laqueoz ingredieris. Tota em vita pūs est plena laqueis. ps. In via hac qua amb. absco. la. m. ¶ Quarto ppter latronū insidiationē. Job. xix. Simul venerūt latrones z fecerūt sibi viam per me. Greg. In pūti vita quasi in via sumus. demones aūt quasi quidam latrūculi iter nostrū obsident Luc. x. Homo quidā descendebat ab hierusalē in hiericō. qui incidit in latrones qui etiā despo. e. z plagis ip̄o. ab. semiui. reli. Sic ergo caute ē ambulandū nō vt insipientes qui nihil cogitant de futuris. nec p̄sentia ordinant. sed quasi sapientes qui p̄siderāt finē et ordinant ad bonū finem. sapientis est em considerare finē. et oīa ad finez ordinare. Sic ergo vt sapientes ambuletis redimentes tp̄s sup. q̄d pditū est. in quo debuistis seruire deo et non seruiuistis. qm dies mali sunt. i. hoīes istius tp̄is et dieꝝ istoꝝ mali sunt. et ideo supplete z recupate illud tp̄s q̄d ppter malicia hoīm et ppter multa impedimenta q̄ occurrerūt pdidistis. Vel redimentes tp̄s. i. date et obmittite de vestro vt beatis tp̄ibus liberū z quietū ad vacandum deo z spū alib?. qm dies mali sunt. i. homines istoꝝ dierū qui molestant vos litigijs z alijs occupationib?. ppter q̄d vacare deo nō potestis. Aug. Dies mali dicunt p duabus rebus sc̄z malicia z miseria hoīm cetez dies isti quantū pertinēt ad spacia horaꝝ ordinati sunt. ducūt em vices agunt tpa. oritur sol z occidit. transeūt tpa Cur molesta sunt tpa si hoīes sibi nō sunt molesti?. Dicunt ergo dies mali vt diri ppter maliciam hoīm z miseriā. Sed miseria hoīs cōmunis est. nō autez malicia debet esse cōmunis. Ex quo enim lapsus ē adam. z de paradiso depulsus. nunqz fuerunt dies nisi mali. quod ostendit puer q̄ nascit. qui a ploratu incipit. nec ridere potest. statim natus plorat. pl̄xta sue calamitat. Lacrime enim testes sunt miserie nōdum loquitur z iam pl̄xerat. z quid in labore sit futurū vel timore. etiam si iustus fuerit certe in medijs temptationib? posit?us semper timebit. Redimamus ergo tē pus. Quid est tempus redimere? Redimit ille tempus qui perdit. i. dat de suo vt vacet deo. z nō limbus. numū ergo das vt emas tibi aliquid. sic perdas de tuo vt emas tibi quietem. hoc est tēpus redimere vt dns ait. Math. v. Si quis vult tecū in iudicio cōtendere z tunicam tollere tibi mitte ei z pallium. vt habeas quietū cor ne perdas tempus vacādi deo tuo a quo mali homines volūt te reuocare damno z litigijs. Vel redimentes tempus. id est q̄ minus fecistis in vno tpe restituite in alio dimidiātes dies quos ip̄i nō dimidiāt. alij em dimidiant. alij cōplent dies. Alij vo incipiūt. i. alij moriūt in egipto. alij

in deserto. alij in terra sctā. Hec oīa aug.

¶ Moraliter aūt ad edificationē nostrā nota q̄ prudens viator octo debet attendere ¶ Primū ē vt sit sanꝰ et fortis robore q̄tenus iter inceptū pficere possit. sic vadens p̄ viā dei dz esse sanus in mente p̄ gram di z dz hīe virtutes q̄ faciūt aīam fortē z oīa potentē. Phil. iij. Oīa pos. in eo q̄ me cōfor. Qui aūt hanc fortitudinē nō hīt lassantur z deficiūt in via. Et ꝓpterea filij isrl lassati p̄strati sunt in deserto z nō puenerūt ad terrā promissionis. ¶ Secundū ē. vt cōpetentē sibi societatē eligat cum qua cōmode possit ad locū destinatū ire. sic vadēs p̄ viā dei dz eligere socios qui velint ad paradisum ire z nō associet se eunt ibꝰ ad infernū. z qui vadūt fm modū suū. q̄ vnꝰ vorat ñ dz se sociare vni religioso vel hēremite q̄ꝫ vtercꝫ p̄gat p̄ viam dei. z ad eundū locū. tū modus eundi nō est equalis īvtroq̄ꝫ. Tunc ergo cōpetens societas eligitur q̄n ad eundē locū vadit z eodē modo Ecc. xtj. Vitiosi te ne socius fueris. Ūñ de aug. dō q̄ iuerat ad simplicianū. seruū xp̄i vt p̄ferret quis esset aptus modus viuendi sic affecto vt ipse erat ad ambulandū in via dei in qua alius sic alius sic ibat In cuiꝰ figura mandatū est in lege ne q̄s araret in boue z asino. vt patz Deut. xxij. ¶ Tercīū est vt piculum viaꝫ declinet. sic vadens p̄ viam dei dz picula q̄ sunt quasi infinita declinare. via em̄ plñis vite ē plena piculis z insidijs ꝓpter q̄ oportet caute ambulare. vt dictum est. ij. Cor. xi. Periculis. in ma. pi. in ter. pi. in ci. pi. in so. pi. ex ge. pi. ex gen. pi. ex fal. fr. Oīa hec oportz vitari. Prouer. xv. Qui cauet laqueos securus erit. ¶ Quartū est vt rebꝰ gratuitis z supfluis se nō oneret sz solū necessaria portet. Sic vadens p̄ viā dei nō debz nimia possidere. q̄ grauāt z destruūt mentē eius. Animus enim q̄ diuidit ad multa minor fit ad singula. vt di. Gre. Solū ergo necessaria sunt portāda. i. Thi. vi. Habentes alimenta z quibus tegamur hīs cōtenti. ¶ Quintū est vt a scientibꝰ viam petat. sic vadens p̄ viā dei dz libenter z frequenter audire p̄dicationē z exēpla sanctoꝝ in quibꝰ via vite docet. ps. Luc. pe. me dirige. tc. ¶ Sextū est vt cū indigentis nō litiget sz ab eis libenter iurias sustineat. sic vadens p̄ viā dei non debet cū hoīb huius mūdi litigare q̄ colūt mundū z inhabitant sicut ꝓpriā ciuitatem q̄ sicut canes p̄tra canē alienū p̄surgūt. ita oēs p̄surgent p̄tra eū. Job. xv. Si me p̄se. sūt z vo. p. Et hoc est q̄d hic dz. Redimē tes tps quo. di. mal. sunt. Ro. xij. Cū omnibꝰ pa. ha. ¶ Septimū est vt ludis z choreis terrigenaꝝ nō immisceat se. q̄ de facili illaqueare amore. sic vadens p̄ viā dei vana gaudia mundi z carnalia desideria dēbet penitus declinare. i. Pe. ij. Obsecro vos tanq̄ aduenas z pegrinos abst. a car. desi. q̄ mi. ad. aī. Sic xp̄us vadens hierlm videns gaudiū z tripudiū ciuitatis nō se immiscuit. sed fleuit sup illam. vt p̄z. Lu. xix. Quia extre. ga. luc. oc. Prouer. xiij. Propterea dicebat sara filia raguelis. Nunq̄ꝫ cū ludentibꝰ miscui me. Tho. iij. ¶ Octauū est vt ita moderet gressus suos q̄ peruenīat ad ciuitatē de die añ q̄ꝫ porta claudatur. sic seruus dei donec dies gratie lucet dz fortiter ambulare añ q̄ꝫ porta celi claudatur. que claudit hoī dū nor culpe occupat mentē eius. Joh. xij. Ambulate dum lu. ha. vt non vos te. cōprehen. Señ. Fallaciam? quod in itinere fieri solet. vt q̄ tardius exierūt celeritate moras cōpensant. Et ideo si tarde incepimus fortiter ambulemus. Quidā ita lente ambulant in via dei. q̄ nūq̄ꝫ perueniūt ad ciuitatē. Cōtra q̄s dr Apoc. iij. Utinā frigidus esses aut calidus. sed q̄ tepidus es z nec frigidus nec calidus incipiā te euomere de ore meo. z sic p̄z primū. ¶ Decīmo nos hortat vt dei voluntatē cognoscam? di. Propterea nolite fieri imprudentes. i. q̄ dies sunt mali. ꝓpterea oportet vt nō sitis imprudentes nō attendentes quid placeat deo. alias p̄ibitis in diebꝰ malis. q̄ dies mali suggerūt mala. Et ideo nisi homo sit prudens. z sciat quid sit bonū z malū. z quid placeat deo z displiceat nō cauebit a malis. z p̄ñs pibit in ipsis. Sitis ergo intelligentes q̄ sit voluntas dei. Ro. xij. Ut probetis q̄ sit voluntas dei bo. bñpl. z p̄fe. Est ergo voluntas dei bona q̄ bonū nostꝝ vult eternam salutem. i. Thi. ij. Qui vult oēs homīes saluos fi. Et bñ placens. q̄ omnes boni z omia bona sibi placent. z ipse placet oībꝰ bonis

Est ꝛ pfecta qꝫ sibi nihil deest. ps. Omnia quecū. vo. dñs fe. in ce. ꝛ in ter. Cū etiaꝫ in reprobis voluntas dei impleꝫ. qꝫ sicut iustum vult ꝓmiari. ita vult peccatorē cō burī. ꝛ sic pz secundū. ¶ Tercio hortatur nos vt ab ebrietate caueamus ꝛ donis eꝰ spūssan. repleamur. Principalis aūt intē tio apli est hic hortari vt impleamī spūsan. ꝛ donis eius. Sed hec duo vicia carnalia ꝯgula ꝛ luxuria maxie impediūt spūssa. gratiam ꝛ dona. ꝛ ideo solum de ipsis hor taꝫ nos hic. Leu. x. Vinū ꝛ omne qđ inebri are potest nō bibetis tu ꝛ filij tui. qñ intra bitis tabernaculū testionij. ꝛ Aug. di. q in actu venereo spūssanctus nō tangebat coꝛ da ꝓphetaꝫ. Nolite ergo inebriari vino ī quo est luxuria sicut effectus in causa Exē plum ꝺ loth qui inebriatus iacuit cū filia bus. vt pz Gen. xix. Sed impleamini ait spūsan. qui mentes sanctificat. in quo ꝛ ꝓ quē dona eiꝰ ꝓcipietis. que sunt loqui lin guis ꝛ psallere ꝛ interꝓtari ꝛ docere. Act. ij. Repleti sunt oēs spūsan. ꝛ ceperūt lo qui. Et hoc est. Loquentes vobismetipsis id est vosmetipsos interius instruētes vel vobismetipsis. i. sic impleamī ꝛ post ipleꝫ tionē eritis loquētes vobismetipsis. i. vn9 aliū instruet. in psalmis qui ad bonā opaꝫ tionem cōmouent ꝛ hymnis qui de lauꝺ dibus dei agūt ꝛ canticis spūalibꝰ que de eterno gaudio sūt in quibꝰ canteris ꝛ psal letis in coꝛdibus vestris. i. ex interioꝛi voꝫ luntate totū ꝓcedat. dño. i. ad laudeꝫ dñi ꝛ hōrē. Et sic pz terciū. Quarto nos hoꝛ taꝫ vt ꝓ his donis spūssancti deo patri sp gratias referamus. ꝺ. Gratias agentes ꝓ donis ꝛ donis acceptis a deo nō credētes illa habere a vobis. Agatis ergo gras deo qui vos creauit. patri qui vos regenerauit Et hoc in noīe dñi nostri iesu xp̄i. in quo ꝛ ꝓquē oīa donauit. i. vt in tali gratiarūaꝫ tione nomē dñi nostri iesu xp̄i exaltetur ꝛ dilatetur. Ad hoc eīm debet tendere nostra actio vt ille exaltet ꝑ quē tot ꝛ tanta doꝫ na recepimus. qꝫ vt di. glo. ꝓ eū cogꝫ noꝫ scimus deū datorē oīm bonoꝝ. Job. xvij. Pater ma. no. t. ꝛc. subiecti iquit inuicem q. ꝺ. Non vos solum habeatis hūiliter ad deū. imo subiecti sitis inuicem. Et hoc nō in hūano timore sed in timore xp̄i vos ad hoc impellente. Phil. ij. In hūilitate supi oꝛes sibiūuicē arbitrantes. Et de hoc ipe aplus dedit nobis exemplū di. Cū essem liber ex omnib9 oīm me seruū feci. i. Coꝝ. ix Et sic pz quartū ꝛ ꝓsequenter totum.

¶ Dñica. xxi. de euangelio. Sermo. cvi.

Erat quidam

regulus cuius filius infirmabaꝫ capharnaū. Joh. iiij. Sicut dicit Gre. Hoc habet ꝓmium diuina scriptura. qꝫ dū narrat gestum ꝓdit misterium qđ optime in hoc euāgelio pz. Namdum in eo quoddā nostri saluatoris miraculū enarratur ostenditur vnde infirmitas anime oꝛitur ꝛ vnde ꝛ quō sit eius sanitas requirenda. In quo quidem euangelio quinq; continent. Primū est cuiusdam reguli ꝓ filio ad mortē infirmato de ꝓcatio. In ꝓm. euā. Secundū est christi ad regulum increpatio ꝛ ꝓ sanando filio exaudi tio ibi. Nisi signa ꝛ ꝓdigia videritis ꝛc. vade filius tuus viuit. Terciū est reguli credulitas ꝛ iussionis sibi facte executio ibi. Credidit homo sermoni quem dixit illi iesus. Quartū est sanati filij nūciatio ꝛ facti miraculi examinatio ibi. Jaꝫ eo descendente serui occurrerūt ei. ꝛc. Interrogabat autē horam ab eis in qua melius habuerit. Quintū est ex facto miraculo fructus fidei consecutio ibi. Et credidit ipse ꝛ do. eius to. Primo ergo ponē cuiusdā reguli ꝓ filio ad mortem infirmato ꝺe ꝓcatio. ꝛ hoc est. Erat quidā regulus xp̄oso. Regulus autē dicebatur. aut qꝫ de genere regali exīstens. aut qꝫ aliquā dignitatem principatus obtinebat. aut qꝫ sic vocabaꝫ. Huius filius febribꝰ decūbens capharnaum que est ciuitas metropolis in galilea. in extremis laborabat. littera plana est. ¶ Mystice loquendo iste regulus significat primū hoīem qui fuit regulus respectu magni regis dei. Huius filius. i. tota ꝓgenies posteroꝝ infirmata est capharnaū. i. in paradiso terrestri. Capharnaum interꝓtatur ager pinguedinis vel villa cōsolationis que duo optime competūt paradiso illi. Erat enim locus amabilis valde. et locus voluptatis et diuitiarum et deliciarum. Itē et omnis consolationis.

Primo em̃ hoīe peccante infirmatum est totū genus humanum in eo in quo oēs peccauerūt. vt dr Rozitj. Nam deus fecerat tres ordines scz inter aīam z deum. inter aīam z corpus. i. inter rationē z vires inferiores z inter homines z alias creaturas. Statim autem q aīa rebellauit deo. corpus rebellauit aīe. vel vires inferiores rōni. z omnis creatura rebellauit hoī. ita q homo ꝓpter peccatū est valde infirmus z debilis viribz. Sed in aduentu filij dei erat ita grauiter infirm9 q incipiebat mori. quia nullum opus ad regem vel ad rectorem ptinēs faciebat. nō em̃ seipsum regebat nec vicijs impabat. sed vicia ipsum regebant z impabant ei. Et intantū in aduētu filij dei homo erat infirmatus q creaturas adorabat quibz ꝓpositꝰ erat. dñm aūt deū creatorē. z ꝓseruatorē suū nō cognoscebat. passionibz etiam carnis fortiter erat subiectus. ac etiā demonū potestat. et breuiter ꝓ omnia in extremis iacebat. ita q nō erat in eo alit9 alicuius boni. z iō ds mia motus sup isto egroto misit filiū suū in mundū sicut medicū vt plenarie hunc infirmū. i. totuz humanū genus saluaret. Aug. Magnus vtiqz venit medic9. q3 magnus vbiqz iacebat ergo egrotus. ꝑ. Mi. ꝛ. su. z sa. om. Regulus ergo iste in persona adam. cū audiret q iesus veniret a iudea. i. natus esset de populo iudaico in galileam. i. in transmigrationē mortalitatis nostre. galilea em̃ interꝓtatur transmigratio. rogauit eum vt sanaret filium suū. id est genus humanū. z xp̃us mia motus sanauit eum septima hora. que est inter sextaz z nonā. q3 illa hora xp̃s in cruce pendebat ꝓcuius morte sanatū est genus humanū.

¶ Moraliter ad edificationē nostram nota q ꝓ pistum febricitantē significatur peccator. z ꝓ febrem peccatū. ¶ Significatur aūt ꝓ febrem peccatū ꝓpter quinqz. Prio rone originis siue materie. Origo em̃ febris siue materia est abundantia quatuor humoꝝ. nam ex abūdantia sanguinis generat cōtinua. ex abūdantia colere tercia. na. ex abūdantia flegmatis quotidiana. ex abūdantia melancolie quartana. Sic ex abūdantia sanguinis peccant luxuriosi. gulosi. dissoluti. z vani. Ex abūdantia colere iracundi. superbi. z furiosi. Ex abūdantia flegmatis desidiosi z pigri z negligentes. Ex abūdantia melancolie. inuidi timidi z tristes. Secūdo rone exñtie siue substantie. Est em̃ febris calor innaturalis suppgrediens naturā ledens suoqz effectū. Sic pem̃ est amor innaturalis. Amor em̃ in spūalibus idē ē q calor in naturalibz. Est ergo peccatū amor innaturalis q3 oīe peccatū est ꝓtra naturā bene institutā. Nam q hō diligit creaturas plus cōꝑ creatorē z corp9 z tpalia plus cōꝑ aīam z q creatura nō obediat creatori est ꝓtra naturā. In his autē omne peccatū ꝓsistit. q3 vt di. Aug. Duo amores duas ciuitates ꝓstituūt. nā amor dei vsqz ad ꝓtemptū hoīs ꝓstituit ciuitatē celi. Amor vero ꝓprius vsqz ad ꝓtemptū dei ꝓstituit ciuitatem babilonis. Est enim amor habendi qui est cupiditas. Amor luxuriandi qui est carnalis concupiscentia. Amor vñandi qui est superbia. z sic de singulis. Et sicut febricitās nunc habet frigoris tremorē. nunc calorē. Sic peccator habet inordinatū timorē boni trāsitorij. Nā em̃ timet ꝓdere terrā cōꝑ celum z q minus sunt amanda amat plus. Vñ aug9. di. q duo sunt res. scz cupiditas z timor omnia peccata ꝓducunt in hoīe. Et ꝓpterea peccator duas penas hēbit. scz ignem z frigus. bis duabus radicibz peccatoꝝ scz inordinato amori. z inordinato timori correspondēntes. Job. xxiij. Ad calorem nimiū trāsibis. ni. ¶ Sunt etiā septem genera febriū septē genera peccatoꝝ significantia. Prima ē quotidiana. z signat peccatū gule ꝓpter cōtinuā exactionē. Esa. lvi. Venite sumamus vinū z impleamꝰ ebrietate z erit sicut hodie sic z cras. z multo amplius. Secūdo de febris est effimera. q3 dr ab effimero pisce marino. qui eodē die quo natus scit moritur. z signat subitū ire motū qui cito finit qui si duret trāsit in odiū. Eph. iiij. Sol nō occidat sup iracundiā vestrā. Tercia est teuratica que nō accidit certis horis. z signat peccatū in uidie. que q3 ꝙs laudatur vel ꝓsperat accedit. q3 aūt virtute ꝓperatur vel infortuniū parit recedit. z nō habet horas determinatas. Quarta est terciana. z signat illos qui satisfacere nolunt Contra quos Exod. viij. Iam triū dier

pergemus in solicitudinem. Quinta est cō
tinua et signat auariciam. quia auarus q̄t
tidie sitit et maxime vsurarius. Sexta est
quartana et significat superbiaz. q̄ in quat
tuor speciebus consistit. Quattuor spēs
timoris sunt. vt vel cum aliquis bonum
quod habeat a se habere, existimat. vel pro
suis meritis datum sibi putat. vel cum ia
ctat se habere quod non habet. vel cum de
spectis ceteris appetit singulariter habere
quod habet. Superbia sicut quartana dif
ficulter sanatur p̄s. Superbia eo. qui. od.
te. as. sp. Potest etiam quartana significa
re luxuriam. que in corpore regnat quod q
ex quattuor humoribꝫ cōponitur in quibꝫ
luxuria radicatur. Hec etiam sicut quarta
na difficulter sanatur. Septima est febris
ethica que est in venis et membris radica
ta. in quibus naturalis hūiditas cōsumit
et signat accidiam et tristiciam mentis. q̄
exiccat ossa. puer. xxvij. Spiritus tristis ex
siccat ossa. ¶ Tercio febris signat peccatū
ratione ꝓcessus. Processus enim febris ta
lis ē. Primo enī fit collectio humorum.
secundo distpantia. tercio actualis febris
quarto extensio eius ad membra. Similit
in peccato primo colliguntur male cogita
tiones in corde. secundo superuenit male
cogitationis distemperantia. in qua inci
pit esse peccatum cui maxime resistendum
est. Tercio sequitur p̄ consensum peccatū
actuale. Quarto peccatum diffunditur p̄
opus extrinsecum et euidentiam facti. esa.
lxj. Peccatum suum quasi sodoma p̄dica
uerunt nec absconderunt. De illis quat
tuor dicitur iac. i. Unusquisq̄ temptatur
a concupiscentia sua quo ad primum De
inde concupiscentia cū conceperit pit pec
catum quo ad secundum. Peccatum vo
cum consummatum fuerit quo ad tercium
generat mortem quo ad quartū. ¶ Quar
to rōe effectus. nam febris habet effectum
oīm peccatoz. quod ptz quantum ad octo
effectus febris. nam febris eleuat et depri
mit pulsum sic facit peccatū superbie. esa.
xiij. In celum conscendam. supra astra ce
li exaltabo solium meum. Et sequitur De
rum tamen ad infernum detraheris in pro
fundū laci. Lucē odit sic facit peccatū inui
die que de luce aliene ꝓsperitatis tristatur
Auarus. Invidus alterius marcescit re
bus opimis. Quietem tollit. sic facit pec
catum ire. quia homo iratus non inuenit
requiem. sed semper satagit ad vindictaz
Appetitum turbat. sic facit peccatum acci
die. que omnia spūalia facit desipere et in nau
seam venire. nu. xxi. Anima nostra nauseat
super ci. isto. Calefacit corpus sic facit pec
catum luxurie iob. xvij. Ignis est vsqz ad
consummationem deuorans. Unde spūa
liter ꝓ febrem significatur peccatū luxurie
aug. Melius est estuare febribus q̄z arde
re libidinibus. Ardor luxuriosorum mani
festus est. Inbelitum fetidum et corruptū
reddit, sic facit peccatū gule. Os enim gu
losi ex nimia potatione et cibo valde fetet et
corpaliter et spūaliter. p̄s. Se. pa. est gut.
e. Facit hominē valde sitire. nec saciat po
tu. sic facit peccatum auaricie et cupiditatis
quia auarus quāto plus bibit de pecunia
tanto plus sitit. Eccle. v. Auarus non im
ple. pec. Unde spūaliter per febrem pecca
tum auaricie designatur. quia auarus sp
sitit. vsuarius autem habet febrez continu
am. quia continue male acquirit. nec de
fert alicui sancto. Constipat ventrem. sic
facit peccatum obstinationis et impēnie qō
indurat animam. vt non emittat peccatuz
possessum per confessionem. geñ. xlij. Ma
ior est iniq̄. me. q̄z. cē. ego. vij. Induratum
est cor pharaonis. Et sic patet q̄ octo ef
fectus febris assimilatur peccatum febri. ¶
Quinto assimilatur peccatum febri ratōe
curationis. Quattuor enim modis sanat
febris et similiter peccatum. Sanatur enim
febris aliqñ sudore. similiter peccatum per
contritōnez et lacrimarum effusionē Sic
fuit sanata magdalena. Aliqñ vomitu. et si
gnificat confessionem ꝓ quam homo ma
la que habet in anime stomacho reiicit p̄ os
dum confitetur. p̄s Dixi confi. aduer. me
iniu. me. do. Sic fuit sanatus dauid. q̄ ait
Ego sum qui peccaui ego inique egi. cē. ij
reg. xxiij. Aliqñ minutōne et significat ele
mosinarum largitōem et alienoz restituti
onem ꝓ quam homo minuit de substātia
temporali. Sic fuit sanatus zacheus qui ait
Dñe ecce dimidium bonorum meorum pauperibus et si qñ
defrau. red. qua. Lu. xix. Aliqñ somno et si
gnificat contēplatōz p̄ deuotā oratōz Sic

fuit sanatus publicanus. luce. xviij. De/
scendit hic iustificatus in domum suam.
In fine ꝫt istū primi mēbri nota q̄ duo ꝺ
illo febricante dicunt. scz q̄ erat filius re/
guli. et q̄ infirmabatur capharnaū. quod
interpretatur ager pinguedinis. Hec aūt
duo scz nobilitas generis et pinguedo re/
rum sunt frequentissime causa et occasio
febris peccati Filij enī magnorum vt no/
biliter et magnifice viuant multa iniuste
et per violentiam extorquent. Et sic est in
eis peccatū superbie et rapine. Item delici
ose nutriuntur ꝓpter quod magis ad luxu
riam incitantur. et sic est in eis peccatū lu/
xurie et gule. Similiter pinguedo rerū est
multis occasio spūaliter infirmandi. ps.
Prodijt q. exadi. iniq. eo. ezech. xvi. Hec
fuit iniquitas sodome superbia abundantia
ocium ⁊c. Plures infirmantur in ꝓsperis
q̄z in aduersis. ps. Cadent a lat. t. mil. ⁊ ꝺ.
m. a. de. t. Et plures pficiunt in aduersis
q̄z in ꝓsperis. Et ideo tpe persecutionis
ecclesie quasi omnes pontifices erant san
ti. sed tpe pacis et pinguedis ecclesie pau
ci reperiunt sancti. Propterea abundātia
rex nō est petēda. gre. Cū omnis fortuna
timenda sit magis est timenda ꝓspera q̄z
aduersa. Hec enī seruēdo erudit. illa blā
diendo seducit. et sic pz primū. ¶ Scdo
notatur xpi ad regulū increpatio. qua nisi
signa et ꝓdigia videritis. i. maiora ⁊ mino
ra miracula non creditis. vel signa terrena
et ꝓdigia celestia Sed quomodo nō cre
ditit. qui ꝓ impetranda filij salute venit.
Et ideo dicendū vt ꝺ. Beda. Fides eius
triplicem habuit gradum sicut ⁊ quelibet
alia virtus scz initiuz incrementum et pfecti
onem. habuit enī initium q̄n ipm rogauit
vt ꝺescenderet ⁊ sanaret filiū eius tunc eī
et credidit et dubitauit. Credidit et dubi/
tauit. Credidit q̄ filium sanare posset. sed
n̄ credidit q̄ ipm sanare posset nisi pn̄s eēt
et corpe. Deinde fides eius accepit incre
mentum q̄n credidit sermoni que dixit. fi/
lius tuus viuit. tandē accepit pfectiōez q̄n
seruus nunciantibus filij sanitatem. credidit
ipe et tota domus eius ¶ Circa hoc autez
notandū q̄ fides nra debuit oīno ꝓ miracu
la cōfirmari alis hoies nllo mō credidissēt
sicut hic ꝺ. nisi signa ⁊ ꝓdigia videritis n̄
creditis ⁊ hoc pz multiplici rōe. Primo rōe
eius q̄ de xpo credere debebant. scz q̄ ipe es
set naturalis filius dei. verus deus et ver9
hō q̄z hoies nō tenebantur credere xpo q̄
esset filius dei nisi miracula excedētia oēm
naturā ⁊ omnem rationem fecisset. Medi
um enī et conclusio debēt eē eiusdez gene
ris et valoris. cum conclusio sit virtute in p̄
missis. vt ꝺi. phūs. Et ideo sicut hoc scz q̄
xps esset filius dei oēm rōem ⁊ oē ingenii
et naturā excedit. sic ad hoc ꝓbandum de
bebant fieri miracula totam naturam sup
antia et omnem penitus rōz. Et hoc ē qđ
xps ꝺi. iob. xv. Si opa non fecissem q̄ nēo
alius fecit peccatū non haberent Nunc aūt
excusationem non hūt de peccato suo Cū
aūt opatio demonstret rem vt ꝺi. phūs et
ipe professiue vt deus et non in virtute
orationis vt alij sancti fecerit opera. q̄ isto
modo solus de9 facere potest. liquet q̄ ipe
erat deus ioban. v. Opera que ego fa/cio
que te. phi. ꝺ. m. Secundo ratione fidei ā
tiquate. Romani enim et sapientes mū
di videntes per viam nature procedere a
corporibus celestibus oēm virtutem ⁊ vi/
tam ⁊ bonam dispōez in hoies. et in omia
inferiora. colebant corpora celestia tanq̄z
deos scilicet solem et lunam ⁊ stellas. Ju
dei etiam ab antiquo receperunt legem ꝑ
moysen cui locutus fuerat deus ore ad os
qui dicebant deum esse vnum. et esse spm̄
et non carnem. Unde in datione legis mo
yses nihil supra naturam et incomprehē/
sibile precepit eis credere. sed soluz ea que
phi naturaliter probant. scilicet. q̄ est vn9
deus et sic ꝺia a consuetis aut̄ recedere. et a
fide in qua scz quis natus est et nutritus
nō potest fieri sine diuino miraculo ad mi/
nus quantum ad homines vel maiorē par
tem existentium in illa fide. et maxime si fi
des nativa est facilis ⁊ alia difficilis sicut ē
nostra fides. Hic cadit exemplum de qua
dam demoniaca que interrogata que eēnt
peccata que hō magis difficulter relinque
ret. Respondit q̄ duo scz accipe alienum
et q̄ maxime difficulter erat q̄ homo reli/
queret fidem in qua natus est ⁊ nutritus.
Huius exemplum videmus in omnibus
nem q̄ aliquis a iuuentute nutritus in de

licijs et in viuicijs in senectute relinquat eas et subeat penitentie iugum non ē possibile sine diuino miraculo. propterea xp̄s ait. Facilius est ca. per fo. ac. tran. cū di. intra. in re. ce. mat. xix. Propter quod dicit trenor. iij. Bonum est vi. cum pta. iu. ab ado. s. Sed qñ videbant homies xp̄m et ap̄los talia facere dicebant p certo isti verum dicunt. et ideo credendū est eis. Tercio ratione p̄secutionis tyrānor et vilitatis et indefensionis ap̄lor et alior p̄dicantium hāc fidem. orthodoxorū enī fides et catholica ecclesia maximas p̄secutiones passa est a principibus mūdi vt di. august. Et conati sunt pluries romani principes per potentiā et oēm modum hanc fidez exterminare Ap̄li aūt et eor sequaces erant viles persone et vilis conditiōis Et ex mādato dñi erant sicut oues in medio lupor̄um nullam defensionem facientes math. x. Ecce ego mitto. v. sicut o. in me. lu. Exē plum de legione thebea. Similiter xp̄us fuit coram iudeis. qz nulla defensione vsus est. sed tanq̄ o. ad oc. du. Si ergo miracula non fuissent facta. stante fides defecisset Sed quando boies videbant alia miracula fieri quando vnus interficiebatur decem credebant. et qñ decem interficiebantur centum credebant Et ideo in persecutionibus tyrānor fides multum creuit. Unde sicut pisces crescit in aqua sic ecclesia in p̄secutiōib⁹ crescit vt appareat manifeste q̄ hec fides est a deo. ad cuius confirmationē tot miracula oñdit Et sic patet q̄ re modo non fiunt miracula. quia fez fides est confirmata. Et si obijcias de lege machameti. que tantū durauit. Dicendū est q̄ sec⁹ ē de ista. quia lex ista leuis est valō et facilis ad tenendum. imo in multis delectabilis. vñ non subsistit in virtute boniratis. sed in virtute facilitatis. sicut visu re semper durāt. non qz bone sed qz vtiles Durat etiam ista lex. qz mandatur in ista. q̄ sub pena capitis nullus dubitet de illa vnde quasi per potentiam armor̄um sustētatur. Et p̄pterea sacerdos saracenoruz qñ p̄dicat semper tenet ensez euaginatū vt nullus ōdicat legi. Si quis enī posset dubitare de ea. manifeste falsa demonstraretur. Ponitur etiam in hac secunda parte reguli pro filio exauditio. qz vade filius tuus viuit. Uiuit vita nature. et vita gratie. qz dei perfecta sunt opera. et ideo quē xp̄s sanauit in anima sanauit et in corpore Ubi pensandum est quantū valeat virtus fidei. qz si fides imperfecta et informis in regulo. potuit filio salutem mentis et corporis impetrare. quod pōt perfecta et formata. certe mirabilia pōt. mat. xix. Si potes credere oīa possibilia sunt credenti vñ etiā alexander per fidem filiorum israel in clusionem obtinuit. vt in histo. scol. habet Ubi di. iosephus. Nō facturus est deꝰ pro fidelibus si tantum pro infideli fecit. mat. xvij. Si habueritis fidem vt granuz sinapis dice. mō. h. tran. h. et tran. Et attē de q̄ exauditus est regulus ad vilitatem et si non ad voluntatē. Nam petebat xp̄z personaliter descendere ad filiū quod xp̄s non fecit sed quod magis erat ei vile. qz in hoc q̄ absens curauit. fidez eius q̄ dīnuta erat perficit. et sic eum ad vilitatem exaudiuit aug. Non est magnuz a deo exaudiri ad voluntatem. sed ad vilitatē. nam dyabolus exauditur petēs iob ad temptādum. et non exauditur paulus petens stimulum amouendum. Exaudiuit quippe eum ad vilitatem. Nam eger petit multa a medico que ei medicus non p̄cedit. Nō exaudit ad voluntatem vt exaudiat ad salutem. Habemus etiam hic exemplum a xp̄o magne būilitatis. quia ad filium reguli noluit ire. etiam rogatus Ad seruum vero centurionis se ire p̄misit non rogat⁹ vt p̄z mat. viij. In quo superbia confundi tur. qui viles et pauper visitare dedigneñ nobiles aūt et diuites importune etiaz nō rogati visitamus. Et sic p̄z fm. ¶ Tercio ponit reguli credulitas siue fides. et iussionis executio. Jam eius fides sumpserat incrementū. qz quem p̄io non putabat nisi p̄ñs esset posse sanare mō credit q̄ absēs sanauerit. Et iō credens ibat sicut xp̄s p̄ceperat Jn quo duo exempla ab isto regulo habemus. Primū est fides nostra per interualla tēporū suscipiat incrementū Qui dā aūt solumin corpore crescunt sz in virtutibus nunq̄z crescunt. et semper sunt pueri esa. lxv. Puer cē. an. mo. Contra quod. i. cor. xiij. Nolite pueri effici sensibus. sed

malicia. p. es. Boies vero mundi sunt totū ꝛrium. quia in malicia sunt valde exp̄ti ⁊ senes. sed in sensu spūalium sunt ita stoli/di ⁊ pueri q̄ nesciunt se signare. nesciūt cō fiteri. nesciunt orare. et breuiter de spūali/bus nihil sciunt. sed quod peius est quidā non solum non ꝓficiunt in fide et in bonis operibus. sed deficiunt et in fide quā acce perant non stant vt heretici. vtinā media ps xp̄ianoꝝ in fide et gratia quas in bap. accepērunt starent q̄ꝫ uis idem sit in fide et via dei non proficere ⁊ deficere grego. In via dei non proficere deficere est Amor ei dei nunq̄ꝫ est ocios⁹. operatur enim magna si est. Si aūt opari renuit amor non est. et ideo compatur igni qui semper est in mo tu ¶ Secundum est vt credamus xp̄um absentem oīa opari tanq̄ꝫ p̄sentem. sm enim humanitatē assumptam xp̄s non ē vbiq̄ꝫ sed sm diuinitatem xp̄s est vbiq̄ꝫ vt verus deus per potentiam p̄nciam et essentiaꝫ vt di. aug. Et ideo multum d̄emus erubesce re peccare. et multū nitū bene agere cuꝫ de us vbiq̄ꝫ sit p̄ns boe. in fi. li. quinti. Ma/gna vobis si dissimulare non vultis neces sitas indita probitatis cuꝫ ante oculos agi tis iudicis cuncta cernentis. Hic cadit erē plum cuiusdaꝫ heremite qui simulauit se velle peccare in platea cum vna meretrice quod illa p̄reverecundia dixit se nullo mō facturam sed in camera erat parata facere in in qua a nullo videbatur. Cui heremita O stulta deus videbit te. et beata virgo ⁊ sancti angeli Cur ergo non verecundaris. Quod ista audiens conuersa est. Et quia per fidem homo liberatur a duplici morte scꝫ nature et culpe. sm illud iohan. xi. Qui credit in me etiaꝫ si mor. fu. vi. Ideo quar to sequitur q̄ postq̄ꝫ crediderat sermoni ie su dicentis. filius tuus viuit ⁊ ibat. serui occurrebant ei dicen. q̄ filius eius esset vi uus ⁊ facta examinatōe inuenit q̄ tūc reui xit qñ xp̄s dixit. Filiꝰ tuꝰ viuit. In q̄ hēmꝰ exemplum ab istis seruis bona celeriter nū ciandi quia nunq̄ꝫ bona nunciātes indui debent. iij. reg. vij. Hec dies boni nunciꝰ est. sit acuerimus ⁊ noluerimus nunciare vsq̄ꝫ mane. sceleris arguemur. Malū aūt tacere ⁊ occultare debemus ecc. xix. Audisti verbum aduersum proximum tuum com moriatur in te. fidens qm̄ non te disrum/pet Et alludit dicto quo dr. Ipe creparet nisi diceret. Et sic p̄z terciū ⁊ quartū Qui to fructus ex facto miraculo consecutus. qr credidit ipe ⁊ domus eius tota. Circa quod moraliter exponendo. nota q̄ homo domus est ⁊ templum dei viui. Tota er go domus dei est homo cuꝫ omnibus po tentijs anime. Tunc ergo tota domus dei credidit. qñ homo cum omnibus potētijs anime fidem xp̄i p̄ opera manifestat. ⁊ pro testatur et primo qñ in intellectu est vera fi des de deo de creaturis de in inferno ⁊ pa/diso. et de omnibus credendis. Sed qñ in intellectu non sunt nisi leges. et scientie seculares ⁊ modi ⁊ vie luctandi ⁊ dñandi tunc hō cum tota domo sua non credit dō quia non cum intellectu. Secundo qñ in voluntate est verus amor dei et proxim. et ordinatus vt deum diligat super omia ⁊ proximum sicut seipm. Sed qñ in volū/tate est solum amor carnalis ⁊ mundanus vt qñ homo afficitur solum ad bona tran sitoria et illa super omnia diligit tunc hō non credit cum tota domo sua quia non cū voluntate. Tercio qñ in memoria sunt di beneficia sunt etiam ibi p̄p̄ defectus ⁊ ma la que fecit ⁊ vilitas condicionis hūane. et memoria mortis Sed qñ in memoria sūt solum iniurie recepte. et non recordatur be neficioꝝ dei nec malorum. que fecit et sui ipius. obliuiscitur tunc non credit cuꝫ tota domo. qua non cum memoria. Quarto quando in corde ⁊ potentia cogitatiua est bona cogitatio. vt qñ cogitat vilitatē pecca ti et nobilitatem virtutū. vanitatē mundi et penas et gauda eterna. Sed quando in cogitatione est quidam discursus malorum vt quando cogitat homo carnalia opa. ma la lucra. strages inimicorum ⁊ talia. tūc nō credit cum tota domo. qr non cum cogita/tione cordis. id est cum toto corde qd deus principaliter requirit. puer. xxiij. Debe f. c. t. m. Quinto quando in potentia audi/tiua sunt dei verba ⁊ audit libenter. que spectant ad dei laudem ⁊ morū instructio nem Sed quādo homo tota die audit va na et mala et mundi rumores tunc non cre dit cum tota domo. sua. quia non cum au/ribus. Sexto quando in visiua potentia ē

quedam clausura. vt homo non videat la/
scuias z vanitatē. ps. Auerte oc. m. ne vi
deant vanitatem. Sed qñ homo videt
turpia et inhonesta. vt mulieres cōptas z
choreas que vt basiliscus inficiunt solo vi
su. tunc non credit cum tota domo sua. q3 ñ
cum visu. Sic infectus fuit dauid viden
do bersabee vxorem vrie. ij. reg. xi. Septi/
mo qñ in potentia gustatiua est magnum
tpamentum cibi z potus sz qñ homo to/
ta die vacat cōmessationibus z ebrietatib⁹
sicut animal brutum. nec obseruat diem z
horas tunc non credit cum tota domo sua
q3 non cum gustu. Octauo qñ in potentia
tactiua que diffundit p totū corpus est q̄
dam asperitas penitentie vt membra mor
tificentur. ne caro rebellet anime et vicia re
gnent sicut fecit iob. bap. cuius totum cor
pus in asperitate penitenne fuit. i. cor. ix.
Castigo corpus meum. z in ser. r. Sed qñ in toto
corpe est mollicies et delectatio. et qñ hō
de corpore facit deum et seruit ei ad nutuz
et caro est dña et anima ancilla. et vicia re
gnant tunc non credit cuz tota domo. imo
cum tota domo se credere non ostendit q3
ita delectatur transitoriis bonis ac si non
essent eterna et p consequens oīa puertunt
puer. xxx. Per tria mouet terra. z quartū
quod non pōt sustinere. p seruum cum re/
gnauerit. p stultum cum saturatus fuerit
cib o. p odiosam mulierem. cum in matri/
monio assumpta fuerit. et per ancillam cū
fuerit heres dñe sue. Iste stult⁹ et iste ser
uus est corpus. z odiosa mulier z ancilla ē
caro. que si saturatur infatuatur. si regnat
omma peruertit si assumatur in matrimo/
niuz ꝯtrabat totam domum si fuerit heres
bonoꝝ hominis consumit omnia bona et
ad inopiam conuersa comeditur a vermi
bus. et eius eius dña ineternuz mendicat
Et sic patet totum.

De epistola. Sermo. cvij.

Confortamini in dño et in potētia virtutis ei⁹
eph. vi. Inter alia que ad capi/
taneum exercitus pīnēt tria sunt. Debet
eni milites ꝯfortare. milites facere seipos
armare. et milites bona arma docere. Hec
tria apl's sicut capitaneus milicie xp̄iane i
bac epl'a docet omnes milites xp̄i. Primo
ergo confortat eos in potentia saluatoris.
In p̄in. epl'e. Secundo monet eos vt dī
armaturam induant z huius causam sub
iungit. que ē nequicia luctatoris ibi. ac. ar.
z̄. qñ non est no. col. Tercio ostendit que
sunt arma quibus in spirituali bello debēt
esse accincti milites creatoris ibi. State er.
suc. lū. ve. Primo ergo apl's confortat mi
lites xp̄i vi. Confortamini in dño qui ē da
tor omnis roboris et in potētia virtutis ei⁹
vt sz non credatis in bello spirituali p̄p̄ijs
viribus pugnare et vincere sed in potētia
virtutis dei. Prelium ei spūale est ita du
rum et forte vt infra patebit q̄ nullus in
eo proprijs viribus nisi per virtutem dei
pōt resistere Et hoc patuit in apl'is qui tpe
passionis xp̄i qñ fuerunt dimissi p̄p̄ijs vi
ribus omnes succubuerunt. lu. xxij. Simō
ecce satha. expē. v. vt. cribra. sicut triticum.
Ego aūt rogaui z̄c. Quando autē postea
fuerunt adiuti et confortati virtute dī om
nia vicerunt Et ideo nullo mō est pugnā/
dum nisi prius virtus dei habeatur. luce.
xxiij. Sedete in ciui. donec indua. virtute
ex alto. Hoc figuratuz ē in golia et dauid.
i. reg. xvij. Nam golias magnus gygas ag
gressus est dauid in fortitudine corporis
sui Dauid aūt pugnauit contra goliā vir
tute dei. Et ideo puer inermis vicit gigan
tem magnum armatum. Gigas iste arma
tus dyabolus est lu. xi. Cum for. ar. cus. a.
s. Omnis ergo puer quicunq̄ pugnat in
in virtute dei vincit ipm. q3 in deo oīa pōt
quisq̄. phi. iiij. Omnia pos. in eo qui me
confortat. iob. xvij. Pone me iuxta te z cu.
v. ma. pug. contra me. Debet ergo pugnās
in hoc prelio primo confidere in dño. Se/
cundo debet respicere ad premiū habendū
si bene dimicz. et ad suppliciuz sustinenduz
si succumbat. quia si homo vincat corona a/
bitur et regnum perpetuū possidebit. ij. th.
ij. Nemo co. ni. qui z̄c. Omnis aūt qui le
gitime certat. vincit. Unde d alexandro dici
tur q̄ dum semel deberet cōmittere bellū
cum quodā rege p̄diuite cuius milites erāt
omnes auro et argento ornati confortans
milites suos ait. Si bene pugnauerimus
bac vice ditissimi erimus Quod attendē
tes milites fuerunt oēs animati z ꝯfortati

et fortiſſ dimicauerũt ⁊ vicerũt. Si aũt hõ succũbat ligabit̃ in carcere inferni ibiõ in p̃petuum cruciandus. ſicut xp̃s fecit dyabolo cum quo pugnauit. io. xij. Nunc princeps huius mũdi e. f. Unde et de alexandro dicit̃ q̃ dum quadam vice paratus eſſet ad bellum et fortiſſimi milites ex aduerſo aſtarent confortans milites ſuos ait. Chariſſimi fratres. hoc ſero omnes cenabimus in inferno. niſi valenter pugnemus. Propt̃ quod oẽs milites animati fuerunt ⁊ valẽter pugnãtes vicerunt ¶ Tercio debet eẽ bene armatus. Et hoc eſt quod ſequitur in ſecundo membro Et ſic patet p̃mum. ¶ Secundo monet aplus xp̃i milites vt dei armaturam aſſumant dicens. Induite vos armatura dei quia conſiſtit in virtutibus aĩe que dicuntur armatura dei quia a ſolo deo militibus ſuis dantur. aug. Virtus eſt bona qualitas mẽtis quam deus ſumme nobis infundit. ij. cor. x. Arma militie noſtre non ſunt carnalia ſed ſp̃ualia. potentia deo ad deſtructionem inimicor̃. Et ſic patet p̃ciolitas et bonitas iſtorum armorum cuj a ſolo deo dantur. Omnia alia bona deꝰ cõmiſit dãda vt ſoli lucere igni calefacere. et ſic de aliis Sola vero iſta arma ſcilicet virtutes ⁊ dona tanq̃ optima reſeruauit danda ad manum ſuam. ia. i. Omne datum op. ⁊ o. d. p. deſur. eſt. Sunt etiam arma lucida ⁊ bene terſa. ro. xiij. Abi. op. te. ⁊ induat. ar. luci. Et diſtinguit inter milites xp̃i et ſatellites dyaboli. q̃ iſti ſunt induti arma tenebraꝝ et mortis. Sunt etiam arma nobilia q̃ ſolis filijs regis eterni dantur et ab ipo ſolo rege vt dictum eſt Si ergo bonor eſt accipere enſem a rege mundi. quanto magis a rege celi. Sunt etiam arma virtuoſa valẽ quia defendunt hoiem ab omni morte et mortali vulnere Hoc. Talia tibi contuleramus arma que niſi pror abieciſſes inuicta firmitate tuerentur te. conferunt etiaꝫ virtutem maximam ipi homini ad pugnãdum. vt in virtute ipor omnia vincat et ad regnum celor̃ pueniat Sunt ergo lucida p̃ciosa nobilia et virtuoſa. Conſequenter oñdit cãm et rationem quare hec arma ſint induenda di. Ut poſſitis ſtare. ſcilꝫ ſecuri aduerſus inſidias dyaboli. i. aduerſus dyaboli machinationes occultas. occulte enim nobis inſidiatur. ia. iij. Reſiſtite dyabolo ⁊ fugiet a vobis. ⁊ quia poſſet quis dubitare an aduerſus dyabolum inſtaret nobis bellum dei. di. q̃ ſic Et ideo hic reddit cauſam cauſe. ſcꝫ huius quare debem? ſtare aduerſus inſidias dyaboli. Et cauſa hꝰ eſt neceſſitas aſſiſtendi. Quoniam nõ eſt no. col. i. p̃elium ſp̃uale aduerſus carnez et ſagninem ſup. tantum. Non enim per hoc excludere intendit bellum carnis. ſed ei bellum dyaboli aſſociare. Caro autem ⁊ ſanguis non ſonat hic in naturam. ſed magis in corruptelam nature contractã ex p̃nis p̃ntibus et ex prava conſuetudie Uñ pro concupiſcentia carnis accipitur. i. cor. xv. Caro et ſanguis regnum dei non poſſidebunt. ecc. xvij. Quid nequius q̃ qꝺ excogitauit caro et ſanguis. Sed eſt luctandum aduerſus p̃incipes et demones qui ſibi ſubiectas continent multitudines. nec tantum demonium continent multitudines. ſed etiam hominum malorum. p q̃s pugnant. Propter quod lucifer dicit̃ p̃nceps huius mundi. io. xiij. Uenit enim p̃nceps huius mundi. Et poteſtates propter fortitudinem quaꝫ habet vnuſquiq̃ ex natura. Job. xli. Non eſt poteſtas ſuper terram que ei valeat compari. qui factus eſt vt nullum timeret. Et ideo non ſolum aduerſus carnem et ſanguinem et aduerſus demones eſt nobis bellandũ. ſed etiã aduerſus mundi rectores. id ẽ homines mundanis delectationibus corruptos et mundi amatores aug. Quotiens mundi nomen in mala ſignificatione ſumitur nõ oñdit niſi mundi amatores. i. ioh. v. Totus mundus in ma. po. eſt. Rectores dicotenebrarum harum. i. hoĩm excecatorum tẽbris ignorantie et culpe epbe. v. Eratis aliq̃n te. Tales autem demones cum quibus bellare habemus ſunt ſp̃uales. i. inuiſibiles et ſunt nequiſſimi. Et hoc eſt quod di. ꝺ ſp̃ualia nequicie. i. contra demones q̃ ſunt ſp̃us neq̃. qui hãrant in celeſtibus. i. in iſto aere caliginoſo prope noſ qui relicti ſint ibi. vt nos in pugna exercitent. vel in celeſtibus. i. pro celeſtibus que nituntur auferre non enim pro modica re nobiſcum pugnant ſed pro ipa hereditate paterna ⁊ eterna. Ultimo concludit di. quia ergo ꝺ tales ⁊ tãto

310

hostes hēis pugnare propterea accipite armaturā dei vt possitis resistere in die malo. i. in tota vita pñti. ¶ Quia vt dic. aug. Ex quo adam lapsus est ⁊ de paradiso expulsus. oēs dies fuerūt mali. et hoc p miseria naturali. et p malicia hoīm vt dictuz est supra in precedenti epistola. Et non solum per hanc armaturam dei homo pōt resistere hoibus. sed etiam pōt esse pfectus in seipo et proficere de bono in melius. et hoc est. Et in omnib pfecti stare. tam in prosperis qz in aduersis Matth. v. Estote p. sicut pat. ve. ce. pf. est. vj. cor. vi. Per arma iusticie a de. et a sini. Sola enī predicta arma faciunt hominem pfectū ⁊ bonum. et ideo super omnia sunt querenda. ⁊ habita retinenda. apo. iij. Tene quod habes. Et attende q vt ex supradictis pz hoc bellum spūale quod nobis instat est valde durum et forte ꝓpter viij. ¶ Primo quia per insidias pugnatur in eo ꝓpterea di. aduersus insidias diaboli ¶ Secundo quia ibi est proditio. nam caro que deberet esse ꝓ homine sicut pars eius, pdit eum. ⁊ sic intus in homine est proditio. ꝓpter quod d. aduersus carnem et sanguinem ¶ Tercō quia est bellum valde ordinatum. nam in hoc bello sunt principes ordinātes demones ad bellum diuidentes eos per singulas potentias anime. Nam quidaz ponuntur ad cor vt mala cogitet quidam ad voluntatem vt mala velit. quidam ad memoriā vt malorum recordetur. ⁊c. lu. xij. Tūcva. et as. se. s. ne. se. ⁊ ingres. ba, ibi. Ponunt etiam nequiores ad magis perfectos ⁊ ex parte debiliori pugnant ꝓpter qd di. principes ¶ Quarto quia pugnatores sunt potentissimi ⁊ robusti vt dictum est propter quod di. potestates ¶ Quinto qz non solum contra demones ⁊ carnem pugnare debemus. sed etiam contra malos homines mundi qui bonos psequuntur io. xv. Si me pse. sunt ⁊c. Qui sunt obtenebrati in mente. ⁊ lucem veritatis non agnoscūt. sz tñ sic obtenebrati regunt mūdū ⁊ ad ipōz impium disponitur ⁊ iō ⁊ rectores ⁊ recti i precipicium vadunt mat. xv. Si cecꝰ ce. du. ⁊c. Propter quod di. ꝯ mundi rectores te. b. ¶ Sexto quia hostes nri sunt inuisibles ⁊ ab ipsis ledi possumus sed ipos ledere nequimus. quia spūs sunt sed solum possumus nos defendere sub armatura dei qz talem armaturā habentes tangere nequeunt. Quod figuratum est ezec. ix. Ubi viro debenti pcutere homines ciuitatis dictuz est ne signatos thau tangeret. ¶ Septimo quia hostes nostri sunt neqssimi ⁊ in anima ⁊ in corpe volunt nos perdere ⁊ nulli parcunt ⁊ nullius miserentur et nullo tpe dormiunt vel quiescunt. iob. Qui me. comedunt non dormiūt. gre. Nihil se fecisse estimat cum animas non saluciat. Propter ista duo d. ꝯ spūalia nequicie ¶ Octauo quia hoc bellum non agit pro modica re sed pro regno eterno quod demones pdiderunt. Et ideo totis viribus nituntur ne ipm possideamus. Propter quod di. in celestibus id est ꝓ celestibus et sic pz secundum. ¶ Tercio que sunt ista arma quibus milites xpi debent esse accincti. et facit tria Primo di. proditorem prelij esse religandum. Secundo ponit arma ad defendendū. Tercio ponit arma ad offendēdū Dicit ergo State. Postqz enīz bellum est ita durum non est fugiendum. sed viriliter standum ad pugnam. Et quia vt dictum est pugna hec est in carne ⁊ per carnem. et iō lumbi carnis in quibus ꝑcupiscentia viget. iuxta illud iob. xl. Fortitudo eius in lumbis eius sunt succingendi per carnis macerationem ne defluant ad carnalia sicut cingulū conseruat vestez ne defluat in lutum ꝓuer. xxxi. Accinxit fort. lum. su. i. continentia fort. lu. xij. Sint lū. ve. p. Non enī ꝯ carnem aliter pugnare debemus qz p continentiam ⁊ macerationē ipius. aug. Carnem vestrā domate ab esciis et potibus. Primo enī debet, pditor castri religari antequz ꝓcedatur ad bellum ⁊ iō primo oīm in bello spūali caro est religanda p, disciplinam. cum sit proditor ec. xxxiij Seruo maliuolo tortura ⁊ compedes caro aūt est seruus maliuolus ⁊ nequz qz prodit aiam dnam suam Et di. in veritate vt scz sit vera continentia non sicara. glo. vt vere ꝓpter xpm ꝑtinentiam seruetis mat. xix. Sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus vt sunt ypocrite. qui ꝓpter hoies continēt et sunt eunuchi qui seipos castrauerunt, p pter regnum celorum ¶ Consequenter scdo

seclusō ūmico ꝙ ꝑ disciplinā ꝺbilitato. aīe armaturā ponit dī. Induti lozicaꝫ iusticie intransitiua est constructio. i. induti iusti/cia. que est lozica anime Compatur aūt iu stitia lozice propter duo ¶ Primo qz sic lozica ex multis murenulis vel malgis vl rotulis cōtexitur. ita iusticia multas virtu tes complectitur que sunt insimul cate/nate. Eaꝑ. v. Induet pro thorace iu/sticiam. Secundo qz sicut lozica inter ho/stes nunq̄ est deꝑponenda sic nec iusticia. ꝑs. Beati q̄ custodiūt iudiciū et faci. iusti. in oī ipe. Aliam armaturam ponit dī. Et cal/ciati pedes. i. affectiones et desideria hō/tes munitas virtutibus et sanctorum exem plis. que sm aug. sunt pedes aīe ne a spi/nis viciorꝫ et luto mundanorꝫ pungantur et maculentur Cantico. vij. Quam pul/cri sunt gressus tui in calciamētis filia prin cipis Et hoc est in p̄paratione euāgelij pa cis sup. ad implēnda. i. vt sitis ꝑate ad pre dicandum euangeliū quod nunciat pacez inter deum et homines factā. vel ad com plenda p̄cepta euangelij Hmōi calciam/ta dīt habere predicatores ne terrenis su is deliciis terrena tangunt vel ꝓpter terrena predicent Hac significatōne mar. vi. apl̄os sandaliis vel soleis calciari vt ꝑ eiusdem. vi. Debemus ergo parati eē ad predicandum euangelium pacis. Aliā ar/maturam ponit dī. In omnib⁹ sc̄z p̄liis spūalibus sumentes scutum fidei. intransi tiua constructio est. i. fidem que est scutum qz sicut scutū est vnum et habet tres angu los sic fides est de vna essenna diuina in qua sunt tres ꝑsone. i. ioh. v. Tres sunt q̄ test. dant in ce. pa. v. ss. et hi tres vnū sunt Item sicut substantia scuti est coopta co/rio aīalis mortui. ita fides est de substātia dīna vestita carne mortalitatis nr̄e. io. i. ver. ca. f. est. Item sicut scutum suspendit ad guttur et stat supra corꝑa ita fides dz esse in corde et ꝓferri per os. ro. x. Corde cr̄e. ad iust. ore aūt confes. fit ad sa. In quo scuto fi dei dī. ꝙ possumus oīa tela ignea nequissi mi hostis nīi extinguere. Ipa enim fides dz primo omnib⁹ temptatōib⁹ et telis dy aboli opponi ne ꝓueniant ad lozicam iusti cie. Prudenti⁹. Prima petit campum du bia sub sorte duelli pugnatura fides. Ig/nea aūt d. tela dyaboli quia suggestiōe dy aboli ignea. carnales. concupiscentie igni untur vt plus possint nocere sicut tela ma terialia de igne. ecc. ix. Quasi ignis ꝙcupis centia ex ardescat. Nequissima aūt dī. quia eius nequicia omnib⁹ supfertur. Sicut ei scutum defendit boiem et oīa arma eius qz doctus miles omnes ictus recipit in scuti ta fides defendit boiez et omnes virtutes quia omnes ictus dyaboli in scuto fidei re cipiendi sunt. Omnes enim tēptationes ꝑ veram fidem repellimus Quia si habe mus veram fidem de gaudijs paradisi et penis inferni nec ꝑspera mundi desidera/mus. nec formidamus aduersa. de quib⁹ omnis temptatio infertur habendi veram fi dem. nisi sit temptatio de ipa fide. que ꝑ fi dem nostrā repellitur sicut lumen expellit tēbras Aliam armaturā ponit dī. Et gale am. i. specie saluris eterne assumite ad ca/put mentis ꝓtegendum Dicitur aūt spes galea saluris. Quia dicitur. ro. viij. Spe salui facti sumus. esa. lix. Galea saluris in capite eius. Si aūt queratur. quare nō fe cit mentionez de charitate cū sit melioꝛ nō tuosioꝛ armatura spūs q̄z oēs alie. Dicen dū est ꝙ ipe fecit mentionem de fide foꝛ/mata que ꝑ dilectōez operat in qua oīa te la dyaboli extinguuntur. et per quā oēs tentationes sive a carne sive a mūdo. sive a dyabolo supamus. non enī per fidē mor tuam et informem vincim⁹ temptationes Et iō in ipa fide intellexit charitatem oīa te la dyaboli extinguentem. et oēs tēptatōes vincentem. quia fides in virtute charitatis operatur cū sit forma fidei et omnis op̄atio sit a forma Consequenter tercio posuit arma ad defensionem ponit arma ad impugnandum dicens. Et assumite gla/dium spūs q̄d est verbum dei. non enī de bemus solum nos defendere a dyabolo sz debemus ipm impugnare. Instrumentū aūt ad dyabolū impugnandū est solū verbuz dei quod debemus habere in ore et in manib⁹. in ore predicando. et in manib⁹ adim plendo. apoc. i. De ore eius gladius ex vtra q̄z parte acutus exibat. Gladius ex vtraq̄z pte acut⁹ egredit de ore p̄dicatoris. qñ id quod p̄dicat ope implet et tūc ex vtraq̄z pte dyabolū impugnat. Debemus ergo dyabo

lū impugnare facto ⁊ verbo. Quidā vero impugnant ipm solū verbo ꝟbū aūt taliū ē mortuū et ideo ñ ē gladius spūs qz gladi⁹ spūs ē verbū dei viuū. hebr. iiij. Viu⁹ ē sermo dei et efficax et penetrabilior omī gladio ancipiti et pertīgens vsqz ad diuisionē aīe ⁊ spūs cōpagū qz ⁊ medullaꝝ. Hūc gladiū xps venit mittere in terram mat. x. Non veni pacē mittere sed gladiū. Veni enī separare hoīez aduersus patrē suū. et filiā aduersus matrē suā ⁊c. sicut enī gladius separat et diuidit. sic verbū dei separat et diuidit hoīem a carnalibus et terrenis. Et q̄ sol⁹ gladius verbi dei sit armatura ad dyabolum impugnandū sic pz. Dyabolus enim pugnat aduersus peccatorē ¶ Primo ipm oculis mentis excecando. Sed ꝟbū dei fugat tenebras mentis ⁊ illuminat eā qz lucerna est. ps. Lucer. pe. m. ꝟ. t. Secundo ipm vinculis peccatoꝝ ligando ⁊ in seruitutem peccati redigendo. iob. viij. Qui facit peccatum seruus est peccati. Sed verbū dei liberat hoīez ab oī vinculo ⁊ ab oī seruitute io. viij. Si manseritis in sermone meo cognoscetis ⁊ veritas liberabit vos. Tercio ipm mōdi pspera et vana gaudia super oīa q̄rere faciēdo. io. xvj. Dilexerunt gloriam hoīm magis q̄z gloriam dei Sed verbū dei oīa pspera mundi facit cōtemnere. Et apli ad verbū xpi oīa reliquerunt. mat. xix. Ecce nos reliquimus oīa et secuti sumus te. Quarto ipm per mōdi aduersa frāgendo. Sed verbū dei facit hoīem fortē et nō bil aduersi formidantem. Unde apli post q̄z pfecte audierunt verbū xpi dicebant. i. cor. iiij. Maledicimur et benedicimur pse cutionem patimur et sustinem⁹. blasfemamur et obsecramus Quinto per voluptates corpis ipm dissoluendo. sap. j. Non fecit pratum quod pertranseat. lu. no. Sed ꝟbū dei constrīgit ad lamentū pīe di. mat. iij. Penitentiā a. ap. e. re. ce. Sexto ipum infirmitatibus peccatoꝝ detinendo. et ei⁹ appetitū conturbando ita q̄ dulcia videnť ei amara et amara dulcia aug. Palato nō sano pena est panis qui sano ē suauis Ex verbum dei sanat hoīem. ps. Misit ꝟb. suū et sanauit eos. Et reddit ei appetitum rectum vt ei dulcia sapiant et amara desipiant. Et iō sic sanatus dauid dicebat. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua supra mel ori meo Septimo ipm ad mortem eternam ducē do. Sed verbuz dei ab oī morte liberat. io viij. Si quis ser. m. ser. ⁊c. Et breuiter in omni temptatione per quam dyabolus pcutit hominem verbum dei obstat et repcutit eum. Unde verbum dei dicitur inimicus et aduersarius peccatoris qz in omnibus contradicit ei que peccator instiga⁹ a dyabolo cupit facere mat. v. Esto consentiens aduersario tuo cito dum es in via cū eo Quod exponens beatus aug. d. q̄ iste aduersarius cui consentire debemus ē sermo dei quia in omnibus que male cupim⁹ aduersatur nobis et prohibet. Vis enī capere alienum. sermo dei di. non furtum facies. Vis cōcumbere cum vxore aliena sermo dei di. non mechaberis. Et sic de omnibus alijs. Sic ergo patet q̄ in pugna spūs primo dēmus proditorem. s. carnē per continentiam et abstinentiam restringere ⁊ refrenare que quidem religatio quedam dī armatura est Secundo dēmus animam virtutibus armare scilicet lozica iusticie. scuto fidei mundicia desideriorum. vt pure predicemus et impleamus euangelium pacis. per quam mundiciaz sunt pedes anie muniti et preparati. et galea eterne salutis Tercio debemus accipere verbum dei tanq̄z gladium ad dyabolum impugnanduz Et hic patet tercium et consequenter totuz

Dominica. xxij. de euangelio.

Sermo. cviij.

Simile est regnum celo. homini. regi qui voluit ra. po. cum seruis suis Matth. xviij. Supra hoc euangelium dominus immediate dixerat beato pet. q̄ ex parte dei fratri peccāti et veniam petenti non solum deberet dimittere vsqz septies sed vsqz septuagies septies. id est qualia⁊cunqz et quantumcunqz peccata committeret. In quo ostenditur maxima largitas et clementia dei. Et quia deus est ita clemens et misericors circa nos. vult q̄ nos adinuicem misericordes simus. alias ipse a nobis suam misericordiam reuocabit. ¶ Et hoc est quod in hoc euangelio

sub quadaz similitudine demonstrat In quo euangelio tria principaliter continentur Primo enim sub quadam similitudine inducitur exemplum diuine pietatis i debitoꝝ ꝛ debiti dimissione In principio euangelij. Secundo ponitur reatꝰ humane malignitatis in conserui suffocatione ibi Egressus aũt seruꝰ ille inuenit vnũ de conser. su. ꝛc. Tercio concluditur intentum ꝓpositi similitudinis in gestoꝝ adaptatiõe ibi. Sic et pater m. ce. fa. v. In prima ergo parte inducimur sub quadam similitudine in exemplum ibi. Qui voluit ra. po. cum seruis suis. In qua quidem pte quattuoꝝ facit. Primo sub quadam similitudine oñdit diuinam potentiam ibi. Simile est regnum ce. homi. regi. Secũdo diuinã sapientiam. ibi. Qui voluit rõz po. cum ser. suis. Tercio diuinam iusticiã ibi. Et cum cepisset rõ. po. ob. est ei vnus ꝛc. Quarto diuinam clemẽtiã ibi. Procidens autẽ ꝑ. ille ro. e. ꝛc. In his enim quattuoꝝ ostenditur regia dignitas atq; bonestas que in hoc consistit. scz in potentia ad coercendum. sapientia ad gubernandum. iusticia ad puniendũ clemẽtia ad miserãdum Debet enim rex per potentiam aduersarios coercere. ꝑ sapientiam sibi subditos gubernare. ꝑ iusticiam delinquẽtes punire. ꝛ vnicuiq; quod suuz est reddere ꝛ ꝑ clementiam pauꝑm personarum et miserabilium miꝛere Di. ergo. Simile ẽ re. celoꝝ. i. eccle. militans homini regi. i. filio dei qui factus est homo et ẽ rex omnis creature. i. simile est negocium ecclesie ad xp̃m regem ꝛ xp̃i regis ad ecclesiaz huic negocio quod fuit vel esse potuit inter quendam regem ꝛ eius seruos. Dicitur autem ecclesia militans regnum celoꝝ propter quattuoꝝ vt patet supza in euan. dñice. xx. Litrera plana est secundũ ꝛalem intelligẽtiam ꝛ iõ ꝓm sensum mistricum exponatur. Nam pñs euangeliuz continet quandam silitudinẽ que negocio dei ꝛ eccle adaptari oz. Rex ergo deus ꝓtinue cum suis seruis ponit rationem ꝛ in vita ꝛ in morte. In vita ponit rationẽ per conscientie illuminationem qñ scz homo cogitat multa bona que a deo recepit. ꝛ multa mala que cõmisit. ꝛ tps quod amisit. ꝛ multa bona q̃ omisit Ponit etiã talem rõem ꝑ scripturas et predicatoꝛes et confessoꝛes, qñ ꝑdicatoꝛ vel confessoꝛ oñdit hoi supzadicta. et ꝑ scripturas pzobat esa. xxxviij. Recogitabo. r. o. ã. m. in am. a. m. Remi. Christus examinatoꝛ meritoꝝ iam ꝑ scriptas cum seruis suis rationem ponit In morte aũt rõnem talem ꝑ cunctoꝝ ante oculos reductionem dã. vij. Judiciũ se ꝛ li. ap. sunt. i. ꝓcãe singulorum. Sunt enĩ demones tunc cõstanter accusantes eum et oĩa facta dicta cogitata ꝛ omissa replicant super eũ Et hoc est quod hic dicitur. Et cum cepisset rationez ponere. i. facta singuloꝝ examinare. oblatꝰ est ei vnus qui debebat decem milia talenta Talẽtũ ꝓm ysiõ est quoddã pondꝰ apũd pysanos. Est aũt triplex talentum. scilicet minus quod est quinquaginta libraꝝ medium quod est septuaginta libraꝝ et maximum quod est. cxx. libraꝝ ꝑ istum vnum qui tale debitum debebat ꝛ tantum tẽbat intelligitur q̃libet peccatoꝛ in peccato moꝛtali existens sicut per istum qui non bẽbat vestem nuptialem. intelligitur quilibet, ñ bñs charitatem qui est obligatus deo in d̃bñs charitatem qui est obligatus deo in decem milibus talentis ꝓ decem maximis beneficijs que deus homini fecit que sunt Beneficiũ creationis. beneficiũ eruditõis bñficiũ mĩstratõis ꝛ gubernatõis. bñficiũ nature nostre assumptõis. bñficiũ redẽptionis. bñficiũ lotionis ꝛ vestitõnis. bñficium sanationis. bñficiũ adoptionis, beneficium glorie ꝓpationis et bñficiũ coꝛpm resurrectõis Di vis de his bñficijs p̃dicare q̃as ea sup̃dñica. xviij. ꝓmone. c. sub. rr

Et iõ ista talenta dñ intelligi d̃ auro cũ non determinetur de quo fuerint. q; ꝑ talibꝰ ꝛ tãtis bñficijs hõ tẽtur deo in meliori bꝰ ꝛ ꝓciosioꝛibꝰ q̃ hz ꝛ bñe posset ꝛ in ꝑsona ꝛ in rebꝰ. Ber. O si cognouisses aĩa mea q̃ mꝛa ꝛ q̃ mꝛis dẽas videbis qđ nihil ẽ quod facis. Primo enim debes ꝛpo totaz vitam tuã. q; ipe ꝓ tua posuit suã Secũdo exigunt ꝑterita peccata mea. totã vitaz meã. vt faciã dignos fructus pñie. et recogi. ti. o. ã. m. in. am. a. m. Quid si rerũ debitoꝛẽ oñdã q̃ eã vendicat sibi totã puto qꝝ desideres gloriã quã oculus non vidit nec auris audiuit nec in coꝛ ho. ascen. Nonne ad banc emendam totum te et quecunq;

poteris dare oportebit ꝛ cum oīa cōpleueris
non sunt ꝑdig. pas. huius rēpo. ad. f. g. ꝛc.
Quarto debitori debes quod es a quo to
tum habes. qui te fecit ꝛ reficit ꝛ cuncta mi
strat cui hoc quod debes reddere ꝓponis.
Est etiam homo obligatus deo in. x. mil
bus talentis ꝓ transgressionem decem pce
ptoꝝ. qz qui regis preceptū transgreditur
regi tenetur ad penam soluendā. Et rex ꝑt
exigere et reus tenetur soluere si sit ei iuste
inflicta. Vel decemilia talenta debat qui
de innumerabilibꝫ peccatis erat rōe ꝯdi
turus vt di. remi Innumerabilia enim pec
cata et quasi infinita cōmittit hō in peccato
manendo. Si aūt queratur quare in trās
gressione precepti tam magna pena debe
quia decem milia talenta est aut innume
rabile Dicendū q in maleficio magis pē
satur persona que offenditur qꝫ ipm male
ficiū. ꝛ qz in transgressione precepti offen
dit ds. q est bonum infinitū ideo sic punit
Aggrauatur etiā pena ex pte psone offen
dentis. ꝓpter multas circūstantias qz offē
dit suum creatorem suum eruditorē suum
redemptorē. Et centūmilia sunt circūstan
tie ꝓpter quas aggrauat pena offendentis
deum. ꝛ transgredientis eius mandatū et
ideo pena insolubilis ei debetur. Et hoc ē
quod sequitur. Cum aūt non bēret vnde
redderet glo. i. ꝓpriis viribus penā exol
uere Est enī peccatoꝝ spūs vadens ꝛ nō re
diens ps. qz pōt incidere in penam. sed si
pōt ꝓpriis manibus exoluere penam. Si
aūt aliqñ gratie dei restitutus exoluat pe
nam hoc facit in virtute passiōis xpi. cuius
pena fuit ꝛ est sufficiens ad oēm penā ex
oluēdā. io. xv. Sine me ni. p. f. Peccatoꝝ
enī ꝓ pena exoluenda in oīb ꝛ cum omni
bus suis obligat deo et hoc est qđ sequitur.
Quia iussit eū venūdari ꝛ vxorem ꝛ filios
et oīa que bēbat i reddi. Punitur ergo in
se ꝛ in psona sibi ꝯiuncta scz in vxore et in
psona a se genita scz filijs ꝛ in substantia ex
teriori Vel punit quo ad se ꝛ suos scz vxo
rem ꝛ filios ꝛ quo ad sua. Vxor spēalia ob
sequia dz viro suo et silr filij patri. Pmua
tur enī ꝓterea oī obsequio quod ei vndecūq
dētur. et iō vxor et filij iubentur vendi. i.
oē cōmodū ꝛ oē obsequiū sibi auferri vnd
cuncq ei dēatur Vel punit ipe quantū ad
aiam. et hoc in se. et quantum ad corpus.
ꝛ hoc in vxore que est vnum corpus cum
viro. et quantum ad potentias anime ꝛ
hoc in filijs que originantur ab anima sic
filij a patre. et coniunctione anime ad cor
pus potentie originātur ab anima. Et quā
tum ad bona exteriora Et sic cum omnib
et in omnibus suis peccatoꝝ punitur ꝛ ob
ligatur ad penā. Et merito in his peccatoꝝ
punitur. Punitur enim in anima quia ani
mam sponsam dei facit cum dyabolo adul
terari Animaz filiā regis eterni facit seruā
dyaboli. animā imagine dei insignitā ma
culis peccatoꝝ fedauit. Animam veritatis
luce coruscantem erroꝝ tenebris excecā
uit. Punitur in corpore quia corpus deuz
suum constituit. iurta illud phi. iij. Quoꝝ
deus venter est Corpus quod debuit fa
mulari fecit dominum anime. Corpus qđ
non manet in domo in eternum sed ꝓiciē
ad foueas a vermibus ꝓmedēdū fiat bere
dem oīm bonoꝝ herede legitimo reprobā
to scilicet anima. ecc. vi. Omnis labor ho
minis in ore eius. iob. xxiij. Pauit enī fe
rulem. scilicet carnem que non pturit et vi
due scilicet anime non benefecit. Punitur
in omnibus potentijs anime. quia cū oī
bus inque peccauit vt cum voluntate fal
sa bona desiderando. et cum intellectu er
roris et falsitates addiscendo. et cum me
moria malorum ꝛ iniuriarum recordando
et corde falsa et lasciuia cogitando. et cum
oculis inhonesta videndo. et cum auribꝫ
mala verba audiendo. et cum manibꝫ pra
ua operando. Et breuiter cum omnibus
potentijs anime et cum omnibus membris
corporis incessanter peccauit. et ideo in om
nibus et cum omnibus debet puniri. Pu
nitur etiam in vxore qz ipa sicut equus ab
usus est. non seruato ordine rōnis ꝛ pe⁹
qꝫ equus non seruato ordine nature. Et ip
sam a vanitatibus non refrenauit. imo vt
ipsam in vanitatibus conseruaret multa
lucra iniusta fecit. Ipsam iniuste ꝛ sine cā
pluries molestauit et amaram vitam ei fe
cit. quod prohibet apls ad col. iij. di. Vi
ri di. vx. vel. et nolite amari esse ad illas.
Notandum q quinqꝫ modis cognoscit vir
vxorem suam aut causa prolis procreande
et tunc nullum est peccatum. xij. q. ne tui

Aut cā reddendi debitū tunc nō solum ñ peccat sed ꝛ mereꝫ .xxxiij.q.v. si dicat Aut cā incontinentie vitāde. scilicet cā ꝓueniente a voluptate. et tunc est veniale peccatum ſm quosdam. ego aūt nullus credo esse peccatum ꝓpter autoritatem apli. i. ad cor. vij. Unusquisq; habeat suam vxorez ꝓpter fornicatiōz .sc. vitandā. et vnaquęq; suum habeat vir. Aut cā explende libidinis vt cum vtiq; calidis cibis aut incēnuis vt potentior sit in actu. vel cum conatur facere licet non multū appetat. et tunc credo ip̄z mortaliter peccare .xxxij.q.iij. origo. aug. Cognoscit vxorez suam ꝑ naturam ꝛ tunc mortalissiē peccat .xxxij.q.vij. adulteriū malum. Punitur etiā in filijs. qz ipos nō ad dei cultum sed ad mundū et ad infernum nutriuit ipis mala ablata reliquit ꝛ ipsos plusq; deum et aiam suam dilexit. Punitur et in bonis tēpalibus quia ipa iniuste acquisiuit male expendit et imprudenter reliquit. quia ergo sic peccator ꝺz omnibꝰ bonis expoliari. et sic in omnibus puniri nihil restat ei. nisi vt pcidat in terram di. Patientiam habe in me. i. ꝓcede mihi spacium penitendi et gratie tue me restitue et omnia reddam tibi. s. aiam et corpus. ꝛ potentias aīe vxorem ꝛ filios et bona tpalia quia oīa hec tuo deinceps obsequio mācipabo. Et sic peccator dicat et sic facere ꝓponat statim deus ad eū magna clementia inclinatur et plus vult illi misereri et facere q̄z petatur qz ip̄e potit dilationē et dē dat plenam remissionē. qz eum dimittit liberū qui erat in catenis ꝺyaboli. et pcit ei totū debituz peccatoꝝ aug. Erubescat būana miseria. plus vult illi deus misereri q̄z nos a miseria liberari. cris. loquens de dño iubente seruum vendi. terrere vult vt ꝑmptius in supplicationem ducat. Ex magna enī liberalitate ꝓcedit q̄ deus nos sic vult punire. vt nos mīam petamus. Sic terruit dauid qui fecit adulterium ꝛ homicidium. et venit ad eum ex pte dei nathā ꝓphera ꝛ cōminatus est ei multa mala. et dauid ait. pccaui et statim deus transtulit peccatum eius vt pz. iij. re. xij. Plene ergo deus remittit peccatoꝛ quicquid deliquit si dicat. peccaui. Et hoc est qđ subditur Misertus aūt dās serui illius Ubi tria oñdunt. Primo ex pte dei affectꝰ mie quia misertus. Secundo remissio culpe. quia dimisit eum. Tercio relaxata pene. qz debitum dimisit ei. Remig. Peccatoꝛ rogans accipit donum decēmilium talentoꝝ. i. veniam suoꝝ cōmissoꝝ De hoc autem hēmus in multis exemplum. Nam petrus cum iuramento negauit ꝛp̄z et fleuit postea et deus pepcit ei et restituit eum in gradum ꝓstinum. Io. xxij. Pascite o. m. Magdalena [redacted] accessit verecunda ꝛ cum magna fide ad christum et saluata est luce. vij. Fides tua te sal. f. Paulus persecutus est ecclesiam dei et stephanum lapidauit. ꝛ ꝓ ea dixit dñe quid me vis facere? act. xi. et magnus sanctus effectus est. Latro de arce multa latrocinia et scelera cōmisit et ꝓ ea dixit Memento m. dñe. et christus ꝓ q̄z petierat vel sperauerat fecit Hodie inquit mecum eris in paradiso. Luce. xxij. Carissimi imitemur istos sanctos et nō simus sicut iudas qui desperauit et laqueo se suspendit quod dñus ꝓ peiori habuit q̄z ꝓditionem quam ei fecit Non etiā simus sicut cayn qui ait Maior est iniq̄. m. tē. geñ. iiij. Dicamus ergo filio ꝓdigo q̄ dixit Pater peccaui in celum et coram te et nō sum dignus voca. fi. tē. lu. xv. Nunc enim curia misericordie sedet et causas audit et curia iusticie facit ferias In alia vero vita erit econuerso. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratie eius vt misericordiam conseq uamur. et gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Hebre. iiij. Et sic patz primum scilicet dei potentia. dei iusticia ꝛ dei clemencia. ¶ Secundo ponitur reatus humane malignitatis i ꝓserui suffocatiōe et hoc sub similitudine serui suo conserui nolentis misereri. ¶ Circa quod quattuor notantur. Primum est serui absoluti crudelitas ibi. Egressus autem seruus il. tē. Secundum est serui neq̄z a conseruis apō dominum accusatio ibi Uidentes autem conserui eius que fie. Tercium est contra seruū neq̄z a domino obiurgatio ibi. Tūc vocauit illum dñs suus Quartum est ip̄ius serui neq̄z condemnatio. ibi. Et iratꝰ dñs eius. t. e. roꝝ. Iste processus per omnia fit in peccatore nō penitēte neq̄z ꝓcēte

Primo enī ꝑpetrat nequiciam coram deo et primo. Secundo accusatur coram deo ab angelis qui nobiscum morantur Tercō obiurgatur in extremo examine. mat.xxv. Discedite a me ma.in ig.ēt.qui pa.ē dya. zō. Quarto condemnatur ineternum Dicō ergo egressus aūt seruus ille scilicet de carcere dyaboli et seruitute peccatoꝝ in libertatem filiorum dei inuenit vnum de conseruis suis qui debebat ei centum denarios Talis autem inuentio non est intelligēda spūalis sed aliqñ imaginaria. Inuenit ergo homo debitorem suum quando in aīa per memoriam et imaginationem recordatur iniurie ciuium suorum aliquando sibi illate. Contra quod dicitur Leuit. Ne memoris iniurie ciuium tuorum Hec tale debitum debet intelligi pecuniale quia tale debitum potest repeti si adest debitor sī facultas cū moderamine tñ nec creditor tenetur parcere Sed debitum de offensis Remi. Centum denariorum debitor erat quem d aliquibus cōmissis satisfacere oportebat. Hiero. Quod vt manifestius fiat dicam? sub exemplo. Si quis nostrum cōmiserit adulterium. homicidium. sacrilegium ceꝛtera maiora crimina. decēmilia talenta roganti dimittuntur. si et ipe dimittit minora peccantibus Ari. Tāta ē differentia peccatorum que cōmittuntur in deum. et que cōmittuntur in hominem. quanta est dā decēmilium talentorum et centum denariorum. magis autem et multo plus Sequitur. et tenens suffocabat eum. Hic ista tentio non spūaliter intelligenda est personalis. sed animalis vel animositatis. Quando enīz quis exardescit in proximum et vellet eum destruere vel occidere vel destrui vel occidi. tunc tenens suffocat eum. Remi Conseruum suffocare est in fratrem ꝓ vindictā exardere. Contra quod ro.xiij. Noli vi.a. ma. sed vin. in b.m. Et frequēter peccator palliat odium suum et irā di. Ipe iniuste offendit me. et ideo iuste irascor ī eum et vindictam experto. Et hoc est quod sequit Redde quod debes. i. tu teneris ad emendam. et ideo volo eam aīte expetere. i. reqiiō. Nunc dabis alioquin tolliam vi in quo ostenditur ſilata in ſticia peccatoris Justicia esse videt sua repetere. sed hoc est ꝓm in pecunia vt frequenter. non aūt in vindicanda iniuria. quia mihi vindictā et ego retribuam d. dñs ro.xij. Sequitur Et ꝓcidens conseruus ille ro. e. di. Patientiam ha. in me. et o. re. t. At ille noluit. Ecce crudelitas istius. quia a seruo suppliciter rogatur non vt dimittat sed solum vt differat et noluit. Et misit eum in carcerez donec redderet debitum vniuersum. Multi sunt hodie sic crudeles qui ꝓ modico in carcerant homines Et sic ꝓ crudelitas seruit Secundo ponitur serui neqꝫ apud dñm a conseruis accusatio. et hoc est. Videntes aūt conserui eius que fiebant scilz angeli qui deo referunt gesta hominum qui hominum conseruī sunt iuxta illud. apoc. xix. Conseruus tuus ego sum et fratrum tuoꝝ dixit angelus iohanni Vel isti ꝓserui sūt viri spūales. Remi. Spūales qui oīa iudicant talia videntes contristantur. et nunciant dño ad corrigendum implorantes auxilium Tercio ponitur serui neqꝫ a dño obiurgatio et hoc est. Tunc vocauit eum dñus eius et ait illi serue neqꝫ id est ineqꝫ lis non equus quia misericordiam a me accepisti et tuo conseruo non fecisti. et sic fuit ingratus quantum ad deum qui condonauerat magna et inmisericors quo ad proximum. cui non dedit spacium ad reddendum minima Et hoc ē. Omne debitum dimisi tibi. i. oēs preuaricationes. qm̄ rogasti me. Nōne ergo oportuit et te misereri conserui tui sicut et ego tui misertus sum q. d. sic debuisti parcere et ei? misereri Et nota ꝙ ꝓpter tres nequicias seruꝰ neqꝫ vocat Pena fuit odiū cordis magna ē neqcia et mala odiū tenere in corde suo. augu. Tenere odiū in corde sile est sic tenere gladium in vētre et ignez in pectore Cui quātum ad primū ait scz aug. Qui alīj nocere desiderat sibi ē illi qui gladio se transuerberat et tunicā alteri scīdat. Quātū ad ām ait Sic puta maliciā esse quō ignē. si incēdere vis aliqd illō qd apponi ꝓpter igne ardet nisi enī ardeat ñ incēdit Vel bi gratia cū faculā apponis alicui igni. ꝓpius facla ardet vt illud posset incēdere Ira ergo malicia tua ꝓcedit et te. et quid vastat anteqꝫ te. malicia tua vt alteri non noceat fieri ꝓ ꝙ aūt tibi nō noceat fieri nō pōt. Ille igit

qui odium tenet seipm occidit ⁊ incēdit. ⁊ ideo neq̄ appellatur ¶ Secunda fuit crudelitas operis. quia tenens suffocabat eū non rogauit eum. nec monuit. nec citauit sed statim cucurrit ad gurgulam eius Tales sunt multi furiosi. qui feruntur impetu ire sue. sicut canes puer. xxvij. Ira non hz miam in. nec erumpens furor. et impetū cōcitati spūs quis poterit ferre In eodē. xv. Os fatuorum ebulit stulticiā. Et attende q̄ pulcra comparatio. sicut enim olla bullies nimis quattuor mala facit. sic os fatui et irati. ¶ Primum est q̄ olla nimis bulliens aquam frequenter emittit. et circumstantia aduret. sic os iracūdi ignita ⁊ contumeliosa verba proicit et audientes inflammat. et ad scandalum prouocat Sic puocabat vror iob ipm vi. Benedic deo ⁊ mori. ¶ Secūm est q̄ ignem extinguit. sic os irati ignē zeli istoz. qui ex charitate corrigerent eum extinguit. Nullus enī eū audet reprehendere ex quo vident eū ira ad contumelias patū Sic iudei irati dicē. p tumelias aplis extinxerūt in eis ignē correctionis quantū ad se. Et ideo dixerunt. Vobis oportebat primū loqui verbū dei. hz quoniam repellitis illud ecce conuertimr ad gentes. act. xiij ¶ Tercium est q̄ pinguedinē emittit. sic os irati pinguedinē gratie et deuotōis emittit ⁊ cuz ira sit peccatum mortale. tanta pōt esse ira q̄ emittit omia interiora anime. s. dona et virtutes. Sic emisit saul spm̄sanc. et arripuit eū spūs ne q̄ p̄ter irā et odiū quod hēbat ad dauid. vt pz. i. reg. xvi. ¶ Quartū est q̄ nisi in olla sit multū de aqua frequēter ad magnuz ignē frangitur. sic irat⁹ nisi sit valde plen⁹ aqua gratie ad motum ire ita frangitur vt vix ad tranquillitatez reintegret. Sic fractus est absolon contra amon fratē suum quem occidi fecit. vt pz. ij. reg. xiij. Tercia nequicia fuit ingratitudo bñficij recepti. q̄ tantum bñficiū non cognouit. dum enī ei oia libere sunt remissa. tñ conferri noluit misereri quod eum facere oportuit ⁊ hoc est. Nōne oportuit et te misereri conser. tui. ¶ Ubi nota q̄ ingratitudo valde magnū peccatū est. et quinq̄ mala facit ¶ Primū est q̄ peccata prius remissa reuocat. aug. Dicit tibi deus. dimitte ⁊ dimitteretur tibi Sed si ego p⁹ dimisi. dimitte tu postea nam si non dimiseris reuocabo te. et quic quid tibi dimiseram replicabo tibi ¶ Secundū est q̄ oia merita dissipat. terū. Ingratitudo inimica est anime. exinanitō meritoz. virtutū dispsio. et beneficioz pdito ¶ Tercium est q̄ fontē diuine gratie exiccat ter. Ingratitudo est ventus vrēs siccans sibi pietatis fontē ¶ Quartū est q̄ viā gre claudit ne ad aiam intrare possit terū. Ingratitudo viā obstruit gratie. et vbi illa fuerit gratia accessum non inuenit Accipiens igitur indignus est qui fuerit acceptis ingratus ¶ Quintū est q̄ pontē mie fragit. aug. Ne festines alium punire si ipe te lesit. sicut punire velles ab alio rogante illum quez lesisti noli subuertere pontē mie quē transisti. Quarto ponit ipius serui neq̄ condēnatio. et hoc est. Et iratus dns eius tradidit eum tor. i. demonibz. eccl. xxiij. Seruo maliuolo tortura ⁊ cōpedes. Deus aūt dz irasci cuz vindicat mala ad mod⁹ irati. quo adusq̄ redderet vniuersum debitū. glo. i. imperpetuū. Non enī reddet aliqñ. cuius rō est q̄ homo damnatus cū sit in termio vie non est in statu merendi sed p̄ merita recipiendi. et sic a nulla culpa pō. tabsoluit et nihil lucrari. vt satisfaciat debito. Sed nunquid peccata dimissa redeunt? Sup hoc diuersimode loquuntur multi. Ham prepositus et quidā alij dicunt q̄ peccata dimissa redeunt in quattuor casibus. scilz propter odium fraternum. p̄ter apostasiā a fide. propter contemptum confessionis et p̄ter dolorez de penitentia habita Unde versus. Fratrem odit apostata fit. spernitq̄ fateri. Penituisse piget pristina culpa redit. Sed tene pro veritate q̄ duplici ter dicuntur peccata redire ¶ Primo nō q̄ redeant quantum ad maculam vel reatum. sed quantum ad ingratitudinē Quia enim post acceptam remissionem ad peccatum redit magis satis delinquit quia ingratus tanto beneficio existit. et ista ingratitudo peccatum recidiuantis aggrauat ita q̄ penam preteritorum peccatorum videtur secum reducere. ¶ Secundo dicunt redire quantum ad penam substantialem sicut enī in celo vnus est denari⁹. i. vna beatitudo substantialis. Licet vnus magis

altero ꝓpiat. sicut stella differt a stella in claritate vt dicit apls. sic et in inferno. ē vna pena substicialis per modum damni scilz carentia visionis diuine. alia per modum sensus. s. ignis et vermis. et vtraqz pena deberet ꝓ quolibet peccato mortali licet sim plus et minus. Dicuntur ergo peccata redire, quia reciduanti eadem pena debet in genere que prius licet sit maior. sicut d. beatus iacobus qui offendit inquit in vno fac. ē omnium. ¶ Sed nunquid iustū est vt homo ꝓ vno peccato mortali quod in modico tpe egit tot z tātas pēas in ꝑpetuū patiat. Et dicendum qꝫ iustū est ꝓpter tria. ¶ Primo ꝓpter personam offensam que deus est. q̄ est bonum infinitum vt dictū ē. Bene aūt pensanda est ex parte persone offense. Aliter enim punitur occidens papam qꝫ ep̄m. et regem qꝫ scz comitem. Et quia peccator offendit infinitum bonum. ideo infinita pena debet puniri extensiue et non intensiue quia hoc sustinere non posset. ¶ Secundo ꝓpter perpetuitatē malevolūtatis. Voluntas enim apud deum ꝓfacto reputat. Et quia peccator cum voluntate semp peccandi decedit et in eadem semp manet. dignum est vt nunqꝫ careat supplicio qui nūqꝫ voluit carere peccato vt dicit gre. ¶ Tercio ꝓpter statum in quo peccator est. q̄ nō est in statu merendi vt dictum est. z ideo nil potest de debito soluere manente autē debito ipse in carcere manere debet. Debitum aūt semper manet. z ideo ipe semp manebit ibi. Et sic patet secundū. Tercō concluditur intentum ꝓpositе similitudinis. in gestoꝝ adaptatōe. et hoc est Sic et pater meus cele. fac. vo. si. ei remi. Ubi nota qꝫ quantum ad tria que hic tanguntur similiter faciet nobis. Primo quantum ad subtile examen iusticie in debitorum petitione. ex quo multuz timere dēm? Secundo quantū ad largā indulgentiā si rogauerimus in peccatoꝝ remissiōe. ex quo non despare dēmus. sed multum confidere possumus. Tercio quantū ad dimissorum repetitōz. si nos ꝓmo non remiserimus. ex quo omnibꝫ indulgere dēm? Sic ergo similiter ꝓ̄o faciet nobis quo ad subtile examen iusticie in debitoꝝ repetitione multa bona nobis deus cōmisit. et bona nature et fortune et gratie. z posuit nos in nundinis ꝫmundi ad negociandum matth. xxv. Homo quidē pe. ꝑfi. vo. ser. su. z tra. il. cō. vsqꝫ secundum ꝓpriam virtutē. Et cui plus datur plus requirit ab eo. Qui vadam ens vero cū talentis dei bene lucrātur et duplicant. Quidam abscondunt et nihil opantur in eis. Quidam cum ipis impugnant deum. duz bonis z gratijs que receperunt a deo in vituperium dei et ad dānum proximi vtuntur. Secundo similiter faciet nobis quantum ad largam indulgētiam in peccatorum remissione si supplicit er rogauerimus. quotcunqꝫ enim mala fecerimus z quotcunqꝫ debita contraxerim? si eum cum lacrimis humiliter rogauerimus totum parcet et bona tribuet vt dictum est supra Basilius. Per orationes purissimas vtilia tribuuntur et noxia amouent. Non simus ergo pigri remissionem petere. quia ipe est semper paratus remittere. Tercio similiter faciet nobis quantū ad dimissorum repetitionem si alijs nō remiserimus. quia sicut deus non sanat habentem ferrum iracundie in anima donec proiciat ferrum. sic redeunte ferro redit infirmitas. Posita enim cā ponitur effectꝰ et remota removetur. eccl. xxviij. Homo homini seruat iram et a deo querit medelam. quasi di. Nihil prodest. Tota enim cā quare peccata non dimittuntur est odiuz qō hō habet vel ad deum vel ad proximū vel ad animam suam. quod homo facit dū iniquitatē opatur z diligit. ps. Qui diligit iniq. o. aiam suam Sic tota cā remissiōis peccatorum est dilectio dei et proximi. prouer. x. Universa delicta opit charitas. lu. vij. Dimi. ei. pec. mul. q. di. mul. Extrahamus ergo ferꝫ odij ab aīa als recidiuabim? i peiores infirmitates qꝫ pri? lu. xi. Et fiūt no. h. il. pe. p. Et sicz terciū z ꝓfit totū

De epistola. Sermo. cix.

Confidimus in dño iesu qz q̄ cepit in vobis opꝰ bonū pficiet. vsqꝫ in diem iesu xpi. phi. i. In persona apli loquitur ecclesia omnibꝫ fidelibus vt confidant i dño iesu quia ipse qui incepit opus bonum in eis perducet ad bonum finē. Et iō di. confidim?. cū in

